

## LIBER CUARTUSDECIMUS

## TIT. I

## DE EXERCITORIA ACTIONE

[Cf. Cod. IV. 25.]

1. ULPIANUS libro XXVIII. (1) ad Edictum.—Utilitatem huius Edicti patere, nemo est, qui ignoret; nam quum interdum ignari, cuius sint conditionis vel quales, cum magistris propter navigandi necessitatem contrahamus, aequum fuit, eum, qui magistrum navi imposuit, teneri, ut teneatur, qui institorem tabernae vel negotio praeposuit; quum sit maior necessitas contrahendi cum magistro, quam institore, quippe res patitur, ut de conditione quis institoris dispiciat, et sic contrahat, in navis magistro non ita, nam interdum locus, tempus non patitur plenius deliberandi consilium.

§ 1.—Magistrum navis accipere debemus, cui totius navis cura (2) mandata est.

§ 2.—Sed si cum quolibet nautarum sit contractum, non datur actio in exercitorem, quamquam ex delicto cuiusvis eorum, qui navis navigandae causa in nave sint, detur actio in exercitorem; alia enim est contrahendi causa, alia delinquendi, siquidem qui magistrum praeposit, contrahi cum eo permittit, qui nautas adhibet, non contrahi cum iis permittit, sed culpa et dolo carere eos curare debet.

§ 3.—Magistri autem imponuntur locandis navibus, vel ad merces, vel vectoribus conducendis armamentisve emendis; sed etiamsi mercibus emendis vel vendendis fuerit praepositus, etiam hoc nomine obligat exercitorem.

§ 4.—Cuius autem conditionis sit magister iste, nihil interest, utrum liber, an servus, et utrum exercitoris, an alienus; sed nec cuius aetatis sit, intererit, sibi imputaturo, qui praeposuit.

§ 5.—Magistrum autem accipimus non solum, quem exercitor praeposuit, sed et eum, quem magister; et hoc consultus Iulianus in ignorante exercitore respondit. Ceterum si scit, et passus est, eum in nave magisterio fungi, ipse eum imposuisse videtur; quae sententia mihi videtur probabilis, omnia enim facta magistri debet praestare, qui eum praeposuit, alioquin contrahentes decipientur; et facilius hoc in magistro, quam institore admittendum propter utilitatem. Quid tamen, si sic magistrum praeposuit, ne alium ei liceret praepondere, an adhuc Iuliani sententiam admittimus (3), videndum est; finge enim et nominatim eum prohibuisse, ne Titio magistro utaris. Dicendum tamen erit, eo usque producendam utilitatem navigantium.

(1) XXIX., Hal.

(2) anchora, Vulg.

(3) admittamus, Hal. Vulg.

## LIBRO DECIMO CUARTO

## TÍTULO I

## DE LA ACCIÓN EJERCITORIA

[Véase Cód. IV. 25.]

1. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXVIII.—Nadie hay que ignore, que es patente la utilidad de este Edicto; porque como á veces por la necesidad de navegar contratamos con patronos, ignorando de qué condición ó quiénes sean, fué justo que el que destinó patrón para la nave se obligara, como se obliga el que puso al frente de una tienda, ó de un negocio, á un factor de comercio; como quiera que haya mayor necesidad de contratar con el patrón, que con el factor de comercio, pues el caso permite que cualquiera se informe de la condición del factor de comercio, y de este modo contrate, pero no así respecto del patrón de la nave, porque á veces el lugar y el tiempo no permiten la determinación de deliberar más detenidamente.

§ 1.—Debemos entender por patrón de nave, aquel á quien está encomendado el cuidado de toda la nave.

§ 2.—Pero si se hubiera contratado con cualquiera de los marineros, no se dá acción contra el naviero, aunque por delito de cualquiera de los que para hacer navegar la nave estén en ella, se dé acción contra el naviero; porque una es la causa de contratar, y otra la de delinquir, puesto que el que nombra el patrón permite que se contrate con él, y el que emplea á los marineros no permite que se contrate con ellos, pero debe cuidar que estos estén exentos de culpa y de dolo.

§ 3.—Mas se nombran patronos para dar en arriendo las naves, ó para las mercancías, ó para conducir pasajeros, ó para comprar aparejos; pero aunque hubiere sido puesto al frente para comprar ó vender mercancías, también por este motivo obliga al naviero.

§ 4.—Mas nada importa de qué condición sea este patrón, si libre ó esclavo, ó acaso del naviero, ó de otro; pero tampoco importará de qué edad sea, debiéndoselo imputar esto á sí propio el que lo empleó.

§ 5.—Pero entendemos por patrón, no solamente el que nombró el naviero, sino también el que el patrón; y esto respondió, consultado, Juliano, respecto del naviero que lo ignoraba. Pero si lo sabe, y consintió que aquél haga de patrón en la nave, se entiende que él mismo lo nombró; cuya opinión me parece aceptable, porque debe responder de todos los actos del patrón el que lo nombró, pues de otro modo serán engañados los contratantes; y más facilmente se ha de admitir esto por razón de utilidad respecto al patrón, que respecto al factor de comercio. Pero qué, si nombró al patrón de modo que á éste no le fuera lícito nombrar á otro, hemos de ver si aun admitimos el parecer de Juliano; porque supón, que también expresamente prohibió, que no te sirvas de Ticio como patrón. Sin embargo, se habrá de decir, que hasta aquí se ha de extender la utilidad de los navegantes.

§ 6.—Navem accipere debemus sive marinam, sive fluviatilem, sive in aliquo stagno naviget, sive schedia sit.

§ 7.—Non autem ex omni causa Praetor dat in exercitorem actionem, sed eius rei nomine, cuius ibi praepositus fuerit, id est, si in eam rem praepositus sit, utputa si ad (1) onus vehendum locatum sit, aut aliquas res emerit utiles naviganti, vel si quid reficiendae navis causa contractum vel impensum est, vel si quid nautae operarum nomine petent.

§ 8.—Quid, si mutuum pecuniam sumserit, an eius rei nomine videatur gestum? Et Pegasus existimat, si ad usum eius rei, in quam praepositus est, fuerit mutuatus, dandam actionem; quam sententiam puto veram. Quid enim, si ad armandam instruendam navem, vel nautas exhibendos mutuatus est?

§ 9.—Unde quaerit Ofilius, si ad reficiendam navem mutuatus numos in suos usus converterit, an in exercitorem detur actio? Et ait, si hac lege accepit, quasi in navem impensurus, mox mutavit voluntatem, teneri exercitorem imputaturum sibi, cur talem praeposuerit; quodsi ab initio consilium cepit fraudandi creditoris, et hoc specialiter non expresserit, quod ad navis causam accepit (2), contra esse; quam distinctionem Pedius probat.

§ 10.—Sed et si in pretiis rerum emtarum fellit magister, exercitoris erit damnum, non creditoris.

§ 11.—Sed si ab alio mutuatus liberavit eum, qui in navis refectionem crediderat, puto etiam huic dandam actionem, quasi in navem crediderit.

§ 12.—Igitur praepositio certam legem dat contrahentibus; quare si eum praeposuit navi ad hoc solum, ut vecturas exigat, non ut locet, quod forte ipse locaverat, non tenebitur exercitor, si magister locaverit; vel si ad locandum tantum, non ad exigendum, idem erit dicendum; aut si ad hoc, ut vectoribus locet, non ut mercibus navem praestet, vel contra, modum egressus non obligabit exercitorem. Sed et si ut certis mercibus (3) eam locet, praepositus est, puta legumini, canabae (4), ille marmoribus, vel alii materiae (5) locavit, dicendum erit, (6) non teneri; quaedam enim naves onerariae, quaedam, ut ipsi dicunt, ἐπιβατηγῶν [vectorum ductrices] (7) sunt; et plerosque mandare scio, ne (8) vectores recipiant, et sic, ut certa regione et certo mari negotientur (9), ut ecce sunt naves, quae Brundisium (10) a Cassiopa (11), vel a (12) Dyrrachio vectores traiciunt, ad onera inhabiles. Item quaedam fluvii capaces ad mare non sufficientes.

(1) Hal. omite ad.

(2) Según nuestra conjetura; accipit, Fl.

(3) mercedibus, Hal.

(4) cannabi, Hal.

(5) Hal. Vulg.; alia materia, Fl.

(6) exercitorem, inserta Hal.

(7) emphatae, Vulg.; embatae, emphractae, otros en Br.; ἐπιβατηγῶν [consensoriae naves et ad transportandos homines comparatae], Hal.

(8) ut, otros en Hal.

(9) Hal., negotietur, Fl.

§ 6.—Por nave debemos entender, ya la de mar, ya la de río, ya navegue en algún estanque, ya sea un barquichuelo.

§ 7.—Mas no por toda causa dá acción el Pretor contra el naviero, sino por razón de aquella cosa de la que allí hubiere sido encargado, esto es, si hubiera sido puesto para aquel objeto, por ejemplo, si se hubiera arrendado el transporte de carga, ó si hubiere comprado algunas cosas útiles para el navegante, ó si se contrató, ó se gastó algo para reparar la nave, ó si los marineros pidieren alguna cosa por razón de su trabajo.

§ 8.—¿Qué, si hubiere tomado dinero en mútuo, se entenderá acaso haberse obrado por razón del mismo cargo? Y Pegaso opina, que si hubiere tomado en mútuo para servicio de aquel objeto, á que él fué destinado, se ha de dar la acción; cuya opinión juzgo verdadera. Porque, ¿qué se dirá, si recibió en mútuo para armar ó proveer la nave, ó para procurarse marineros?

§ 9.—Por lo cual pregunta Ofilio, ¿si habiendo recibido en mútuo dinero para reparar la nave, lo hubiere aplicado á su propio uso, se dará la acción contra el naviero? Y dice, que si lo recibió con esta obligación, como para haberlo de invertir en la nave, y luego cambió de voluntad, el naviero se habrá de culpar á sí mismo de quedar obligado, por haber empleado á tal individuo; pero que si desde el principio tomó la resolución de defraudar al acreedor, y no hubiere expresado especialmente que lo recibió por causa de la nave, es al contrario; cuya distinción aprueba Pedio.

§ 10.—Pero también si el patrón engañó en el precio de las cosas compradas, el daño será del naviero, no del acreedor.

§ 11.—Mas si habiendo recibido de otro en mútuo, pagó á aquel que habia prestado para la reparación de la nave, opino que también á éste se le ha de dar acción, cual si hubiere prestado para la nave.

§ 12.—Así, pues, el nombramiento para el cargo da regla cierta á los contratantes; por lo cual, si lo puso al frente de la nave para esto solo, para que cobre los fletes, no para que dé en arrendamiento, porque acaso él mismo habia dado en arriendo, no quedará obligado el naviero, si el patrón hubiere dado en arriendo; ó si tan sólo para dar en arriendo, y no para cobrar, se habrá de decir lo mismo; ó si para esto, para que arriende á los viajeros el pasaje, no para que preste la nave para mercancías, ó al contrario, habiéndose excedido de su atribución, no obligará al naviero. Pero si fué nombrado para que la dé en arrendamiento para ciertas mercancías, por ejemplo, para legumbres, ó cáñamo, y él la arrendó para mármoles, ú otra materia, igualmente se habrá de decir, que no queda obligado; porque ciertas naves son para mercancías, y ciertas otras, como ellos dicen, para pasajeros; y sé que los más encargan que no reciban pasajeros, y que los admitan de este modo, para negociar en cierta región y en cierto mar, como he ahí que son las naves que de Cassiopa, ó de Dirraquio, transportan pasajeros á Brindis, siendo inhábiles para carga. Asimismo algunas son capaces para río, no siendo suficientes para el mar.

(10) Hal.; Brundisium, Fl., por grecicismo.

(11) Cassopa, Capua, otros en Gothofr.

(12) Taur., según antigua corrección del código Fl.; a, omite la escritura original, Br.

§ 13.—Si plures sint magistri non divisio officii, quodcumque cum uno gestum erit, obligabit exercitorem; si divisio, ut alter locando, alter exigendo, pro cuiusque officio obligabitur exercitor.

§ 14.—Sed et si sic praeposuit, ut plerumque (1) faciunt, ne alter sine altero quid gerat, qui contraxit cum uno, sibi imputabit.

§ 15.—Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obventiones et redditus omnes perveniunt, sive is dominus navis sit, sive a domino navem per aversionem conduxit vel ad tempus, vel in perpetuum.

§ 16.—Parvi autem refert, qui exercet, masculus sit, an mulier, paterfamilias, an filiusfamilias vel servus; pupillus autem si navem exercent, exigemus tutoris auctoritatem.

§ 17.—Est autem nobis electio, utrum exercitorem, an magistrum convenire velimus.

§ 18.—Sed ex contrario, exercenti navem adversus eos, qui cum magistro contraxerunt, actio non pollicetur, quia non eodem auxilio indigebat. Sed aut ex locato cum magistro, si mercede operam ei exhibet, aut si gratuitam, mandati agere potest. Solent plane Praefecti propter ministerium annonae, item in provinciis Praesides provinciarum extra ordinem eos iuvare ex contractu magistrorum.

§ 19.—Si is, qui navem exercuerit, in aliena potestate erit, eiusque voluntate navem exercuerit, quod cum magistro eius gestum erit, in eum, in cuius potestate is erit, qui navem exercuerit, iudicium datur.

§ 20.—Licet autem datur actio in eum, cuius in potestate est, qui navem exercet, tamen ita demum datur, si voluntate eius exercent. Ideo autem ex voluntate in solidum tenentur, qui habent in potestate exercitorem, quia ad summam rempublicam (2) navium exercitio pertinet. At institutorum non idem usus est; ea propter in tributum duntaxat vocantur, qui contraxerunt cum eo, qui in merce peculiari sciente domino negotiatur. Sed si sciente duntaxat, non etiam volente (3), cum magistro contractum sit, utrum quasi in volentem damus actionem in solidum, an vero exemplo tributoriae dabimus? In re igitur dubia melius est verbis Edicti servare, et neque scientiam solam et nudam patris dominive in navibus onerare, neque in peculiaribus mercibus voluntatem extendere ad solidi obligationem. Et ita videtur et Pomponius significare, si sit in aliena potestate, si quidem voluntate gerat, in solidum eum obligari, si minus, in peculium.

§ 21.—In potestate autem accipimus utriusque sexus, vel filios, vel filias, vel servos, vel servas.

§ 22.—Si tamen servus peculiaris (4) volente filiofamilias, in cuius peculio erat, vel servo (5), vicarius eius navem exercuit, pater dominusve, qui voluntatem non accommodavit, duntaxat de

§ 13.—Si fueran muchos los patrones, no habiéndose distribuido los cargos, cualquiera cosa que se hubiere contratado con uno obligará al naviero; si se hubieran distribuido, para que uno arriende, y otro cobre, el naviero se obligará con arreglo al cargo de cada uno.

§ 14.—Pero también si los nombró de este modo, como hacen muchas veces, para que el uno no haga cosa alguna sin el otro, el que contrató con uno solo, se culpará de ello á sí mismo.

§ 15.—Mas llamamos naviero á aquel á quien corresponden todas las obventiones y utilidades, ya sea dueño de la nave, ya haya tomado del dueño la nave en arrendamiento á su riesgo ó temporalmente, ó á perpetuidad.

§ 16.—Pero poco importa que el que explota la nave sea varón ó mujer, padre ó hijo de familia, ó esclavo; mas si explotara la nave un pupilo, exigiremos la autoridad del tutor.

§ 17.—Mas tenemos la elección de si queremos demandar al naviero, ó al patrón.

§ 18.—Pero por el contrario, al que explota la nave no se le promete acción contra los que contrataron con el patrón, porque no necesitaba del mismo auxilio. Pero puede ejercitar contra el patrón, ó la acción de locación, si le presta su servicio por salario, ó la de mandato, si gratuitamente. Mas suelen los Prefectos, por razón del servicio de provisiones, así como en provincias los Presidentes de las mismas, auxiliarlos fuera de lo ordinario por contrato de los patrones.

§ 19.—Si el que fuere naviero estuviere en la potestad de otro, y explotare la nave con la voluntad de él, por lo que se hubiere contratado con su patrón se dá acción contra aquel en cuya potestad estuviere el que fuere naviero de la nave.

§ 20.—Mas aunque se dá acción contra aquel en cuya potestad está el que es naviero de la nave, se dá, sin embargo, solamente, si fuera naviero con su voluntad. Mas por esto se obligan por el todo por su voluntad los que tienen bajo su potestad al naviero, porque el ejercicio de la navegación es de suma utilidad á la República. Mas no es el mismo el empleo de los factores de comercio; por lo que solamente son llamados á contribución los que contrataron con el que, á sabiendas del señor, negocia sobre mercancia del peculio. Pero si tan sólo á sabiendas, no también con su voluntad, se hubiera contratado con el patrón, ¿damos acaso acción por el todo, cual contra el que quiso, ó la daremos á semejanza de la tributaria? Esto así, en caso de duda mejor es atenerse á las palabras del Edicto, y ni respecto á las naves gravar la sola y nuda noticia del padre ó del señor, ni respecto á mercancias de un peculio extender la voluntad á la obligación por el todo. Y así parece que también Pomponio indica, que si estuviera en la potestad de otro, si verdaderamente obrara con su voluntad, se obliga éste por el todo, y si no, por el peculio.

§ 21.—Pero entenderemos que están bajo potestad los de uno y otro sexo, ó hijos, ó hijas, ó esclavos, ó esclavas.

§ 22.—Mas si con la voluntad de un hijo de familia, en cuyo peculio estaba, un esclavo de un peculio; ó con la de un esclavo, un vicario de éste explotó como naviero una nave, el padre ó el

(1) plerique, al margen interior del código Fl.

(2) respublicae, Hal. Vulg.

(3) domino, inserta Hal.

(4) peculiaris, Hal.

(5) Taur. según la escritura original; servus, Fl. según reciente corrección, Br.

peculio tenebitur, sed filius ipse in solidum. Plane si voluntate domini vel patris exercean, in solidum tenebuntur, et praeterea et filius, si et ipse voluntatem accommodavit, in solidum erit obligatus.

§ 23.—Quamquam autem, si cum magistro eius gestum sit, duntaxat polliceatur Praetor actionem, tamen, ut Iulianus quoque scripsit, etiamsi cum ipso exercitore sit contractum, pater dominusve in solidum tenebitur.

§ 24.—Haec actio ex persona magistri in exercitorem dabitur; et ideo si cum utro (1) eorum actum est, cum altero agi non potest; sed si quid sit solutum, si quidem a magistro, ipso iure minuitur obligatio; sed et si ab exercitore, sive suo nomine, id est propter honorariam obligationem, sive magistri nomine solverit, minuatur obligatio, quoniam et alius pro me solvendo me liberat.

§ 25.—Si plures navem exercean, cum quolibet eorum in solidum agi potest,

2. GAIUS libro IX. (2) ad Edictum provinciale.—ne in plures adversarios distringatur (3), qui cum uno contraxerit;

3. PAULUS libro XXIX. ad Edictum.—nec quidquam facere, quotam quisque portionem in nave habeat, eumque, qui praestiterit, societatis iudicio a ceteris consecuturum.

4. ULPIANUS libro XXIX. ad Edictum.—Si tamen plures per se navem exercean, pro portionibus exercitationis conveniuntur; neque enim invicem sui magistris videntur (4).

§ 1.—Sed si plures exercean, unum autem de numero suo magistrum fecerint, huius nomine in solidum poterunt conveniri.

§ 2.—Sed si servus plurium navem exercean voluntate eorum, idem placuit, quod in pluribus exercitoribus; plane si unius ex omnibus (5) voluntate exercuit, in solidum ille tenebitur, et ideo puto, (6) et in superiore casu in solidum omnes teneri.

§ 3.—Si servus sit, qui navem exercuit voluntate domini, et alienatus fuerit, nihilominus is, qui eum alienavit, tenebitur; proinde et si decesserit servus, tenebitur, nam et magistro defuncto tenebitur.

§ 4.—Hae actiones perpetuo, et heredibus, et in heredes dantur, proinde et si servus, qui voluntate domini exercuit, decessit, etiam post annum dabitur haec actio, quamvis de peculio ultra annum non detur.

5. PAULUS libro XXIX. ad Edictum.—Si eum,

señor, que no prestó su voluntad, se obligará solamente respecto al peculio, pero el hijo mismo por el todo. Pero si con la voluntad del señor ó del padre hicieran de naviero, se obligarán por el todo, y además también el hijo, si tambien él mismo prestó su voluntad, quedará obligado por el todo.

§ 23.—Mas aunque el Pretor solamente promete acción, si se hubiera contratado con su patrón, sin embargo, como escribió también Juliano, aunque se haya contratado con el mismo naviero, el padre ó el señor se obligará por el todo.

§ 24.—Esta acción se dará contra el naviero por causa de la persona del patrón; y por esto, si se ejercitó contra uno de estos, no puede intentarse contra el otro; pero si se hubiera pagado alguna cosa, si verdaderamente lo fué por el patrón, se disminuye de derecho la obligación; pero también si por el naviero, ya hubiere pagado en su nombre, esto es, por causa de su obligación honoraria, ya en nombre del patrón, se disminuirá la obligación, porque también otro pagando por mí me exime de la obligación.

§ 25.—Si fueran muchos los que explotaran una nave, puede intentarse por el todo la acción contra cualquiera de ellos,

2. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*—para que no se vea embarazado contra muchos adversarios el que con uno solo hubiere contratado;

3. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—y no hace al caso, qué parte tenga cada uno en la nave, y el que hubiere pagado, habrá de obtener de los demás el reintegro en el juicio de sociedad.

4. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Pero si muchos ejercieran por sí de naviero en la nave, son demandados conforme á las partes de su ejercicio; porque no son considerados como patronos reciprocamente unos de otros.

§ 1.—Mas si fueran muchos los navieros, pero á uno de ellos lo hubieren hecho patrón, podrán ser demandados por el todo en nombre de éste.

§ 2.—Pero si el esclavo de muchos explotara la nave con la voluntad de ellos, se estableció lo mismo que cuando son muchos los navieros; mas, á la verdad, si la explotó con la voluntad de uno solo de entre todos, se obligará éste por el todo, y por esto opino, que también en el caso anterior se obligan todos por el todo.

§ 3.—Si fuera un esclavo el que como naviero explotó la nave con la voluntad de su señor, y hubiere sido enajenado, quedará, sin embargo, obligado el que lo enajenó; por consiguiente, también si hubiere fallecido el esclavo quedará obligado, porque también estará obligado habiendo fallecido el patrón.

§ 4.—Estas acciones se darán perpétuamente, así á los herederos, como contra los herederos, y por consiguiente, aun si falleció el esclavo, que fué naviero con la voluntad de su señor, se dará esta acción también después del año, aunque la de peculio no se dé después del año.

5. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*

(1) alterutro, *Hal. Vulg.*

(2) VIII., *Hal.*

(3) *Hal. Vulg.*; destringatur, *Fl.*

(4) videbuntur, *al margen interior del código Fl.*

(5) uni ex omnium, *Hal.*; unus ex communi, *Vulg.*

(6) in isto, *inserta Hal.*

qui in mea potestate sit, magistrum navis habeas, mihi quoque in te competit actio, si quid cum eo contraxero. Idem est, si communis servus nobis erit; ex locato tamen mecum ages, quod operas servi mei conduxeris, quia etsi cum alio contraxisset, ageres mecum, ut actiones, quas eo nomine habui, tibi praestarem; quemadmodum cum libero, si quidem conduxisses, experieris (1), quodsi gratuita operae fuerint, mandati ages.

§ 1.—Item si servus meus navem exercebit, et cum magistro eius contraxero, nihil obstabit, quominus adversus magistrum experiar actione, quae mihi vel iure civili, vel honorario competit; nam et cuivis alii non obstat hoc Edictum, quominus cum magistro agere possit; hoc enim Edicto non transfertur actio, sed adiicitur.

§ 2.—Si unus ex his (2) exercitoribus cum magistro navis contraxerit, agere cum aliis exercitoribus poterit.

6. PAULUS libro VI. *Brevium* (3).—Si servus non voluntate domini navem exercuerit, si sciente eo, quasi tributoria, si ignorante, de peculio actio dabitur.

§ 1.—Si communis servus voluntate domino rum exerceat navem, in singulos dari debet in solidum actio.

7. AFRICANUS libro VIII. *Quaestionum*.—Lucius Titius Stichum magistrum navis praeposuit, is pecuniam mutuatus cavit, se in refectionem navis eam accepisse; quaesitum est, an non aliter (4) Titius exercitoria teneretur, quam si creditor probaret, pecuniam in refectionem navis esse consumtam? Respondit, creditorem utiliter acturum, si, quum pecunia crederetur, navis in ea causa fuisset, ut refici deberet; etenim ut non oportet creditorem ad hoc adstringi, ut ipse reficiendae navis curam suscipiat, et negotium domini gerat, quod certe futurum sit, si necesse habeat probare, pecuniam in refectionem erogatam esse, ita illud exigendum, ut sciat in hoc se credere, cui rei magister quis sit praepositus; quod certe aliter fieri non potest, quam si illud quoque scierit, necessariam refectioni pecuniam esse. Quare etsi in ea causa fuerit navis, ut refici deberet, multo tamen maior pecunia credita fuerit, quam ad eam rem rem esset necessaria, non debere in solidum adversus dominum navis actionem dari.

§ 1.—Interdum etiam illud aestimandum, an in eo loco pecunia credita sit, in quo id, propter quod credebatur, comparari potuerit; quid enim, inquit, si ad velum emendum in eiusmodi insula pecuniam quis crediderit, in qua omnino velum comparari non potest? Et in summa aliquam diligentiam in ea creditorem debere praestare.

(1) experieris, Hal.

(2) multis, (por his), Hal.

(3) VIII. Brevis edicti, Hal.; Brevis edicti, al márgen interior del códice Fl.

—Si tuvieras por patrón de tu nave al que estuviese bajo mi potestad, también me compete acción contra tí, si con él hubiere yo contratado alguna cosa. Lo mismo es, si el esclavo nos fuere común; pero ejercitarás contra mí la acción de locación, si hubieres tomado en arriendo los servicios de mi esclavo, porque aunque hubiese contratado con otro, reclamarías contra mí, para que yo te cediera las acciones que por esta razón tuve; á la manera que ejercitarías la acción contra un hombre libre, si verdaderamente le hubieses tomado arrendados sus servicios; pero si los servicios hubieren sido gratuitos, ejercitarás la acción de mandato.

§ 1.—Asimismo, si un esclavo mio explotare como naviero una nave, y yo hubiere contratado con el patrón de ella, nada obstará, para que yo ejercite contra el patrón la acción que me compete ó por derecho civil, ó por derecho honorario; porque tampoco obsta este Edicto á otro cualquiera, para que pueda ejercitar la acción contra el patrón; porque por este Edicto no se transfiere la acción, sino que se acumula.

§ 2.—Si uno de estos navieros hubiere contratado con el patrón de la nave, podrá ejercitar la acción contra los demás navieros.

6. PAULO; *Breves, libro VI*.—Si el esclavo hubiere explotado como naviero la nave sin la voluntad del señor, si sabiéndolo éste, se dará la acción cuasi tributoria, si ignorándolo, la de peculio.

§ 1.—Si un esclavo común fuese naviero de una nave con la voluntad de sus señores, se deberá dar contra cada uno acción por el todo.

7. AFRICANO; *Cuestiones, libro VIII*.—Lucio Ticio puso á Stico por patrón de una nave, y habiendo éste recibido dinero en mútuo, aseguró que lo había recibido para reparar la nave; se preguntó, ¿caso no quedaria obligado Ticio por la acción ejercitoria de otro modo, que si probase el acreedor que el dinero se invirtió en la reparación de la nave? Respondió, que el acreedor ejercerá la acción útilmente, si, cuando se prestase el dinero, la nave hubiese estado en situación de que debiese ser reparada; porque así como no conviene que el acreedor sea obligado á esto, á que él mismo cuide de que sea reparada la nave, y sea gestor de negocio del dueño, lo que ciertamente habria de suceder, si tuviera necesidad de probar que el dinero se gastó en la reparación, así también se ha de exigir esto, que sepa que él presta para aquella cosa para la que cualquiera haya sido nombrado patrón; lo que verdaderamente no puede suceder de otro modo, que si también supiere esto, que es necesario el dinero para la reparación. Por lo cual, aunque la nave se hubiere hallado en estado de que debiera ser reparada, pero se hubiere prestado mucha mayor cantidad de dinero de la que para tal objeto fuese necesaria, no debe darse por el todo acción contra el dueño de la nave.

§ 1.—A veces también se ha de apreciar esto, si se haya prestado el dinero en aquel lugar en que haya podido comprarse aquello para lo que se prestaba; porque, ¿qué se determinará, dice, si alguno hubiere prestado el dinero para comprar una vela en isla tal, que en ella no puede absolutamente comprarse vela alguna? Y en suma, que en este particular el acreedor debe prestar alguna diligencia.

(4) Lucius, inserta Hal.

§ 2.—Eadem fere dicenda ait; et si de institoria actione quaeratur; nam tunc quoque creditorem scire debere, necessariam esse mercis comparisonem, cui emendae servus sit praepositus, et sufficere, si in hoc crediderit; non etiam illud exigendum, ut ipse curam suscipiat, an in hanc rem pecunia eroganda est (1).

## TIT. II

## DE LEGE RHODIA (2) DE IACTU (3)

1. PAULUS libro II. *Sententiarum*.—Lege Rhodia cavetur, ut, si levandae navis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione sariatur, quod pro omnibus datum (4) est.

2. IDEM libro XXXIV. *ad Edictum* (5).—Si laborante nave iactus factus est, amissarum mercium domini, si merces vehendas locaverant, ex locato cum magistro navis agere debent; is deinde cum reliquis, quorum merces salvae sunt, ex conducto, ut detrimentum pro portione communicetur, agere potest. Servius quidem respondit, ex locato agere cum magistro navis debere, ut ceterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni praestent. Imo etsi (6) retineat merces magister, ultro ex locato habiturus est actionem cum vectoribus; quid enim, si vectores sint, qui nullas sarcinas habeant? Plane commodius est, si sint, retinere eas. At si non, (et) (7) totam navem conduxerit, ex conducto aget, sicut vectores, qui loca in nave (8) conduxerunt; aequissimum enim est, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum consecuti sunt, ut merces suas salvas haberent.

§ 1.—Si conservatis mercibus deterior facta sit navis, aut si quid exarmaverit, nulla facienda est collatio, quia dissimilis earum rerum causa sit, quae navis gratia parentur, et earum, pro quibus mercedem aliquis acceperit, nam et si faber incudem aut malleum fregerit, non imputaretur ei, qui locaverit opus; sed si voluntate vectorum, vel propter aliquem metum id detrimentum factum sit, hoc ipsum sarciri oportet.

§ 2.—Quum in eadem nave varia mercium genera complures mercatores coëgissent, praetereaque multi vectores servi liberique in ea navigarent, tempestate gravi orta necessario iactura facta erat; quaesita deinde sunt haec: an omnes iacturam praestare oporteat, et si qui tales merces imposuissent, quibus navis non oneraretur, velut gemmas, margaritas, et quae portio praestanda est, et an etiam pro liberis capitibus dari

(1) erogata sit, *Hal.*

(2) *Taur.*; *Fl. RODIA* en todo este título; AD LEGEM RHODIAM DE IACTU, *Hal.*

(3) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; IACTUS, en la escritura original, *Br.*

(4) factum, *Hal.*

§ 2.—Añade, que se ha de decir casi lo mismo, también si se tratara de la acción institoria; porque también entonces debe saber el acreedor, que era necesaria la compra de mercancía, para cuya compra haya sido destinado el esclavo, y que basta, si hubiere prestado para esto; y que no se ha de exigir también esto, que él mismo tome á su cargo el cuidado de si el dinero se gastó en aquella cosa.

## TÍTULO II

## DE LA LEY RODIA SOBRE EL ALIJO

1. PAULO; *Sentencias, libro II.*—Dispónese en la ley Rodia, que si para aliviar una nave se hizo alijo de mercancías, se resarza á contribución de todos el daño que en beneficio de todos se causó.

2. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIV.*—Si peligrando una nave se hizo alijo, los dueños de las mercancías perdidas, si habían arrendado el transporte de las mercancías, deben ejercitar contra el patrón de la nave la acción de locación; y después puede éste ejercitar contra los demás, cuyas mercancías se salvaron, la acción de conducción, para que se reparta á proporción el perjuicio. Servio respondió ciertamente, que debía ejercitar contra el patrón de la nave la acción de locación, para que retenga las mercancías de los demás pasajeros, hasta que paguen la parte de daño. Aun más, aunque el patrón retenga las mercancías, ha de tener desde luego contra los pasajeros la acción de locación; porque, ¿qué, si hubiera pasajeros que no tuvieran carga alguna? Verdaderamente es más cómodo retenerlas, si las hubiera. Pero si no, y hubiere tomado en arrendamiento toda la nave, ejercitará la acción de conducción, así como los pasajeros que tomaron en arrendamiento sitios en la nave; porque es muy justo, que el perjuicio se haga común de los que, por haberse perdido las mercancías de los otros, consiguieron tener á salvo sus propias mercancías.

§ 1.—Si por haberse conservado las mercancías se hubiera deteriorado la nave, ó se hubiere descompuesto alguna cosa, no se ha de hacer reparto alguno, porque es desemejante la condición de las cosas que se preparan por causa de la nave, y la de aquellas por las que alguno haya percibido retribución, porque también si el herrero hubiere roto el yunque ó el martillo, no se le imputaría al que hubiere dado en arriendo la obra; pero si este daño se hubiera causado por voluntad de los pasajeros, ó por algún miedo, debe el mismo ser resarcido.

§ 2.—Habiendo muchos mercaderes reunido en una misma nave varios géneros de mercancías, y navegando además en ella muchos pasajeros esclavos y libres, por haberse formado una grande tempestad se habia hecho necesariamente alijo; después se preguntó lo siguiente: ¿deberían responder todos del alijo, también si algunos hubiesen embarcado tales mercancías, que con ellas no se gravase la nave, como piedras preciosas, mar-

(5) XXV. ad Sabinum, *Hal.*

(6) non, inserta *Hal.*

(7) (*Súplase: quis;* aut si non, si totam navem conduxerant, ex conducto aget, sicut vectores, qui loca in nave conduxerunt, ex conducto agent; aequissimum, *Vulg.*

(8) *Hal.*; navem, *Fl.*

oporteat, et qua actione ea res expediri possit? Placuit, omnes, quorum interfuisset iacturam fieri, conferre oportere, quia id tributum observatae res deberent; itaque dominum etiam navis pro portione obligatum esse. Iacturae summam pro rerum pretio distribui oportet; corporum liberorum aestimationem nullam fieri posse; ex conducto dominos rerum amissarum cum nauta, id est cum magistro acturos. Itidem agitata est, an etiam vestimentorum cuiusque et anulorum aestimationem fieri oporteat? Et omnium visum est, nisi si qua consumendi causa imposita forent, quo in numero essent cibaria, eo magis, quod, si quando ea defecerint in navigationem, quod quisque haberet, in commune conferret (1).

§ 3.—Si navis a piratis redempta sit, Servius, Ofilius, Labeo, omnes conferre debere aiunt; quod vero praedones abstulerint, eum perdere, cuius fuerit (2), nec conferendum ei, qui suas merces redemerit.

§ 4.—Portio autem pro aestimatione rerum, quae salvae sunt, et earum, quae amissae sunt, praestari solet, nec ad rem pertinet, si haec, quae amissae sunt, pluris venire (3) poterunt, quoniam detrimenti, non lucri fit praestatio. Sed in his rebus, quarum nomine conferendum est, aestimatio debet (4) haberi, non quanti emtae sint, sed quanti venire possunt.

§ 5.—Servorum quoque, qui in mari (5) perierunt, non magis aestimatio facienda est, quam si qui aegri in nave decesserint, aut aliqui sese praecipitaverint.

§ 6.—Si quis ex vectoribus solvendo non sit, hoc detrimentum magistri navis non erit, nec enim fortunas cuiusque nauta excutere debet.

§ 7.—Si res, quae iactae sunt, apparuerint, exoneratur collatio; quodsi iam contributio facta sit, tunc hi, qui solverint, agent ex locato cum magistro, ut is ex conducto experiatur, et quod exegerit, reddat.

§ 8.—Res autem iacta domini manet, nec fit apprehendentis, quia pro derelicto non habetur.

3. PAPINIANUS libro XIX. (6) *Responsorum*.—Quum arbor, aut aliud navis instrumentum removendi communis periculi causa deiectum est, contributio debetur.

4. CALISTRATUS libro II. *Quaestionum*.—Navis onustae levandae causa, quia intrare flumen vel portum non potuerat cum onere, si quaedam merces in scapham traiectae sunt, ne aut extra flumen periclitetur, aut in ipso ostio vel portu, eaque scapha submersa est, ratio haberi debet inter eos, qui in nave merces salvas habent, cum his, qui in scapha perdiderunt, proinde, tanquam

garitas, y de qué porción se ha de responder, y se deberá acaso pagar también por las personas libres, y por qué acción podrá demandarse esto? Se estableció, que todos aquellos á quienes hubiese interesado que se hiciera el alijo, debían contribuir, porque deberian esta contribución las cosas conservadas; y así, que también el dueño de la nave estaba obligado á proporción. El importe del alijo debe distribuirse conforme al precio de las cosas; no puede hacerse estimación alguna de los individuos libres; los dueños de las cosas perdidas deberán ejercitar la acción de conducción contra el marinero, esto es, contra el patrón. Asimismo se discutió, ¿si deberá hacerse estimación también de los vestidos de cualquiera, y de los anillos? Y pareció bien que de todo, á no ser que algunas cosas hubieran sido embarcadas para ser consumidas, entre las que estarían los comestibles, con tanta más razón, cuanto que, si hubieren faltado para la navegación, lo que cada cual tuviera lo aportaría en común.

§ 3.—Si de piratas hubiera sido rescatada una nave, dicen Servio, Ofilio, y Labeon, que todos deben contribuir; mas lo que hubieren quitado los ladrones, lo pierde aquel de quien fuere, y no se ha de contribuir á favor del que hubiere rescatado sus mercancías.

§ 4.—Mas suele pagarse la parte con arreglo á la estimación de las cosas que se salvaron, y de las que se perdieron, y no importa al caso, si las que se perdieron pudieren ser vendidas en más, porque la prestación se hace del daño, no del lucro. Pero respecto á las cosas, por razón de las que se ha de contribuir, debe hacerse la estimación, no en cuanto se hayan comprado, sino en cuanto pueden ser vendidas.

§ 5.—De los esclavos que perecieron en el mar tampoco se ha de hacer estimación, no de otra suerte, que si enfermos hubieren fallecido en la nave, ó algunos se hubieren tirado al agua.

§ 6.—Si alguno de los pasajeros no fuera solvente, este quebranto no será del patrón de la nave, porque el marinero tampoco debe averiguar la fortuna de cada uno.

§ 7.—Si las cosas que fueron alijadas hubieren aparecido, se prescinde de la contribución; pero si ya se hubiera hecho la contribución, entonces los que hubieren pagado ejercitarán contra el patrón la acción de locación, para que éste intente la de conducción, y devuelva lo que hubiere cobrado.

§ 8.—Mas la cosa alijada permanece de su dueño, y no se hace del que la coge, porque no es tenida como abandonada.

3. PAPINIANO; *Respuestas, libro XIX*.—Cuando se echó al mar el mástil, ú otro instrumento de la nave, para evitar un peligro común, se debe la contribución.

4. CALISTRATO; *Cuestiones, libro II*.—Si para aliviar una nave cargada, porque con la carga no habia podido entrar en el río ó en el puerto, se transbordaron algunas mercancías á un esquife, para que no peligrase, ó fuera del río, ó á la misma entrada, ó en el puerto, y el esquife se sumergió, debe formarse cuenta entre los que tienen á salvo sus mercancías en la nave y los que

(1) *Taur.*; conferet, *Fl. según Br.*

(2) *Hal.*; fuerint, *Fl.*

(3) *Hal.*; venire, *Fl.*

(4) *Asi Taur. al margen*; debeat, *en el texto.*

(5) *Hal.*; mare, *Fl.*

(6) *IX., Hal.*

si iactura facta esset; idque Sabinus quoque libro secundo Responsorum probat. Contra si scapha cum parte mercium salva est, navis periit, ratio haberi non debet eorum, qui in nave perdidērunt, quia iactus in tributum nave salva venit.

§ 1.—Sed si navis, quae in tempestate iactu mercium unius mercatoris levata est, in alio loco submersa est, et aliquorum mercatorum merces per urinatores extractae sunt data mercede, rationem haberi debere eius, cuius merces in navigatione levandae navis causa iactae sunt, ab his, qui postea sua per urinatores servaverunt, Sabinus aequae respondit. Eorum vero, qui ita servaverunt, invicem rationem haberi non debere ab eo, qui in navigatione iactum fecit, si quaedam ex his mercibus per urinatores extractae (1) sunt; eorum enim merces non possunt videri servandae navis causa iactae esse, quae periit.

§ 2.—Quum autem iactus de nave factus est, et alicuius res, quae in navi remanserunt, deteriores factae sunt, videndum, an conferre cogendus sit; quia non debet duplici damno onerari, et collationis, et quod res deteriores factae sunt. Sed defendendum est, hunc conferre debere pretio praesente rerum; itaque verbi gratia si vicenae merces duorum fuerunt, et alterius asparagine (2) decem esse coeperunt, ille, cuius res integrae sunt, pro viginti (3) conferat, hic pro decem. Potest tamen dici etiam illa sententia distinguentibus nobis, deteriores ex qua causa factae sunt, id est, utrum propter iacta nudatis rebus damnum secutum est, an vero alia ex causa, veluti quod alicubi iacebant merces in angulo aliquo, et unda penetravit; tunc enim conferre debet. An ex priore causa collationis onus pati non debet, quia iactus etiam hunc laesit? Adhuc numquid, et si asparagine propter iactum res deteriores factae sunt? Sed distinctio subtilior adhibenda est, quid plus sit, in damno, an in collatione; si verbi gratia hae res viginti fuerunt, et collatio quidem facit decem, damnum autem duo, deducto hoc, quod damnum passus est, reliquum conferre debeat. Quid ergo, si plus in damno erit, quam in collatione; utputa decem aureis res deteriores factae sunt, duo autem collationis sunt? Indubitate utrumque onus pati non debet. Sed hic videamus, num et ipsi conferri (4) oporteat; quid enim interest, iactatas (5) res meas amiserim, an nudatas deteriores habere coeperim? Nam sicut ei, qui perdidit, subvenitur, ita et ei subveniri oportet, qui deteriores propter iactum res habere coeperit. Haec ita Papirius Fronto (6) respondit.

##### 5. HERMOGENIANUS libro II. iuris Epitoma-

(1) non, insertan otros en Hal.  
 (2) adspargine, Hal.  
 (3) vicenis, Hal.  
 (4) Hal. Vulg.; conferre, Fl.

las perdieron en el esquite, de la misma manera que si se hubiese hecho alijo; y esto lo aprueba también Sabino en el libro segundo de las Respuestas. Por el contrario, si se salvó el esquite con parte de las mercancías, y se perdió la nave, no debe tenerse cuenta de los que las perdieron en la nave, porque el alijo obliga á la contribución, habiéndose salvado la nave.

§ 1.—Pero si la nave, que en una tempestad fué alijerada con el alijo de las mercancías de un sólo mercader, se sumergió en otro lugar, y mediante retribución se extrajeron por los buzos las mercancías de algunos mercaderes, respondió igualmente Sabino, que debe tenerse cuenta de aquel cuyas mercancías se alijaron durante la navegación para alijerar la nave, por los que después salvaron las suyas por medio de los buzos. Mas de éstos, que así las salvaron, no debe recíprocamente tenerse cuenta por el que hizo el alijo durante la navegación, si algunas de estas mercancías fueron extraídas por los buzos; porque no puede considerarse que las mercancías de ellos fueron alijadas para salvar la nave, que pereció.

§ 2.—Mas cuando se hizo alijo de la nave, y se deterioraron las cosas de otro, que quedaron en la nave, se ha de ver si ha de ser obligado á contribuir; porque no debe ser gravado con doble perjuicio, el de la contribución, y el de haberse deteriorado sus cosas. Pero se ha de defender, que éste debe contribuir por el actual precio de las cosas; y así, por ejemplo, si hubo mercancías de dos, que valían veinte, y las del uno comenzaron á valer diez por la mojadura, aquel cuyas cosas están íntegras contribuirá por veinte, y éste por diez. Mas también puede sostenerse esta opinión, distinguiendo nosotros la causa por la que se deterioraron, esto es, si se siguió el daño por haber quedado al descubierto las cosas con motivo del alijo, ó por otra causa, por ejemplo, porque las mercancías se hallaban en cualquiera parte en algún rincón, y penetraron las olas; porque entonces deberá contribuir. ¿Pero no deberá soportar la carga de la contribución por la primera causa, porque el alijo le perjudicó también á este? ¿Acaso también si se deterioraron las cosas con el agua que salpicó por causa del alijo? Pero se ha de hacer otra distinción más sutil, de qué importe más, el daño, ó la contribución; por ejemplo, si estas cosas valieron veinte, y la contribución importa ciertamente diez, y el daño dos, deducido el daño que sufrió, deberá contribuir con lo restante. ¿Qué se dirá, pues, si el daño importare más que la contribución, por ejemplo, si se deterioraron las cosas en diez áureos, pero son dos los de la contribución? Indudablemente no debe soportar una y otra carga. Pero veamos aquí si también deberá contribuirse á favor de éste mismo; porque, ¿qué importa que yo haya perdido mis cosas por haber sido alijadas, ó que haya comenzado á tenerlas deterioradas por haber quedado al descubierto? Porque así como se auxilia al que las hubiere perdido, así también debe auxiliarse al que hubiere comenzado á tener deterioradas las cosas por causa del alijo. Así respondió esto Papirio á Fronto.

##### 5. HERMOGENIANO; Epítome del Derecho, libro

(5) Taur. según la escritura original; iactas, Fl. según reciente corrección, Br.

(6) Papinianus Frontoni, Vulg.

rum (1).—Amissae navis damnum collationis consortio non sarcitur per eos, qui merces suas naufragio liberaverunt; nam huius aequitatem tunc admitti placuit, quum iactus remedio ceteris in communi periculo salva navi consultum est.

§ 1.—Arbore caesa, ut navis cum mercibus liberari possit, aequitas contributionis habebit locum.

6. IULIANUS libro LXXXVI. Digestorum:—Navis adversa tempestate depressa, ictu fulminis deustis armamentis et arbore et antemna, Hipponem delata est, ibique tumultuariis armamentis ad praesens comparatis Hostiam navigavit, et onus integrum pertulit; quaesitum est, an hi, quorum onus fuit, nautae pro damno conferre debeant? Respondit (2), non debere; hic enim sumtus instruendae magis navis, quam conservandarum mercium gratia factus est.

7. PAULUS libro III. Epitomarum (3) Alfeni Digestorum.—Quum depressa navis aut deiecta esset, quod quisque ex ea suum servasset, sibi servare respondit, tanquam ex incendio.

8. IULIANUS libro II. ex Minicio (4).—Quilevandae navis gratia res aliquas proiciunt, non hanc mentem habent (5), ut eas pro derelicto habeant; quippe si invenerint eas, ablaturos, et si suspicati fuerint, in quem locum eiectae sunt, requisituros, ut perinde sint, ac si quis onere pressus in viam rem abiecerit, mox cum aliis reversurus, ut eandem auferret.

9. VOLUSIUS MAECIANUS (6) ex lege Rhodia (7).—Ἀξιῶσις Ἐυδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνίνον βασιλέα. Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνίνε, ναυφράγιον (8) ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διηραγήμεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνίνος εἶπεν Ἐυδαίμονι: Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. Τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῇ ναυτικῇ, ἐν οἷς μὴ τις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θεῖοτατος Ἀύγουστος ἔκρινεν. [*Deprecatio Eudaemonis Nicomediensis ad Antoninum Imperatorem.* «Domine Imperator Antonine, naufragium in Italia facientes direpti sumus a Publicanis Cyclades Insulas habitantibus». Respondit Antoninus Eudaemoni: «Ego quidem mundi dominus, lex autem maris; lege id Rhodia, quae de rebus nauticis praescripta est, iudicetur, quatenus nulla nostrarum legum adversatur». Hoc idem Divus quoque Augustus iudicavit (9).

10. LABEO libro I. Pithanon a Paulo epitomatorum (10).—Si vehenda mancipia conduxisti, pro eo mancipio, quod in nave mortuum est, vectura tibi non debetur; Paulus: imo quaeritur, quid actum est, utrum, ut pro his, qui impositi, an pro his, qui deportati essent, merces daretur; quodsi

II.—El daño de la nave perdida no se resarce por concurrencia de contribución por aquellos que libraron del naufragio sus mercancías; porque plugo que se admitiera la equidad de esto, cuando con el remedio del alijo se procuró por los demás en el peligro común, salvándose la nave.

§ 1.—Picado el mástil para que pueda salvarse la nave con las mercancías, tendrá lugar la equidad de la contribución.

6. JULIANO; Digesto, libro LXXXVI.—Impelida una nave por tempestad contraria, habiendo sido destruidos por un rayo los aparejos, el mástil y la antena, fué llevada á Hipona, y comprados allí de pronto aparejos provisionales, navegó á Hostia, y llevó íntegra la carga; se preguntó, ¿aquellos á quienes perteneció la carga deberán acaso contribuir al marinero por causa del daño? Respondió que no debían; porque este gasto se hizo más bien para armar la nave, que para conservar las mercancías.

7. PAULO; Epítome del Digesto de Alfenio, libro III.—Cuando se hubiese sumergido ó estrellado una nave, respondió que cada uno guarda para sí lo suyo que de ella hubiese salvado, así como en caso de incendio.

8. JULIANO; Doctrina de Minicio, libro II.—Los que para alijerar la nave alijan algunas cosas, no tienen la intención de considerarlas como abandonadas; porque si las encontraran las habrán de recoger, y si sospecharen á qué lugar fueron arrojadas, las habrán de buscar, de suerte que sean como el que abrumado por la carga hubiere dejado una cosa en el camino, para después volver con otros para llevársela.

9. VOLUSIO MECIANO; Tomado de la ley Rodia. —Súplica de Eudemon Nicomediense al Emperador Antonino. «Señor Emperador Antonino, habiendo naufragado en Italia, fuimos despojados por los Publicanos que habitan las islas Cíclades». Respondió Antonino á Eudemon: «Yo ciertamente soy señor del mundo, pero la ley lo es del mar; júzguese esto por la ley Rodia, que se estableció sobre cosas marítimas, en cuanto á ello no se oponga ninguna de nuestras leyes». Esto mismo decidió también el Divino Augusto.

10. LABEON; Dichos recopilados por Paulo, libro I.—Si tomaste en arriendo el transporte de esclavos, no se te debe el transporte del esclavo que murió en la nave; dice Paulo: antes bien se investiga, qué se trató, si que se pagase precio por los que fuesen embarcados, ó si por los que

(1) IV. iuris epitomōn, Hal.

(2) Respondi, Hal.

(3) epitomōn, Hal.

(4) Minutio, Hal.

(5) habere, Hal.

(6) Taur.; Meclianus, Fl. según Br.

(7) ad Legem Rhodiam, Hal

(8) ναυφράγιον, Hal.

(9) Versión vulgar.

(10) Libro I. περιθάνων a Paulo in epitomen redactorum, Hal.

hoc apparere non poterit (1), satis erit pro nauta, si probaverit impositum esse mancipium.

§ 1.—Si ea conditione navem conduxisti, ut ea merces tuae portarentur, easque merces nulla nauta necessitate coactus in navem deteriore, quum id sciret te fieri nolle, transtulit, et merces tuae cum ea nave perierunt, in qua novissime vectae sunt, habes ex conducto locato (2) cum priore nauta actionem. Paulus: imo contra, si modo ea navigatione utraque navis periit, quum id sine dolo et culpa nautarum factum esset. Idem iuris erit, si prior nauta publice retentus navigare cum tuis mercibus prohibitus fuerit. Idem iuris erit, quum ea conditione a te conduxisset, ut certam poenam tibi praestaret, nisi ante constitutum diem merces tuas eo loci exposuisset, in quem devehendae eas merces locasses (3), nec per eum staret, quominus remissam sibi eam poenam (4) spectaret. Idem iuris in eodem genere cogitationis observabimus, si probatum fuerit, nautam morbo impeditum navigare non potuisse. Idem dicemus, si navis eius vitium fecerit sine dolo malo et culpa eius.

§ 2.—Si conduxisti navem amphorarum duo millium, et ibi amphoras portasti, pro duobus millibus amphorarum pretium debes. Paulus: imo si aversione navis conducta est, pro duobus millibus debetur merces; si pro numero impositarum amphorarum merces constituta est, contra se habet, nam pro tot amphoris pretium debes, quot portasti.

### TIT. III

#### DE INSTITORIA ACTIONE

[Cf. Cod. IV. 25.]

1. ULPIANUS libro XXVIII. (5) ad Edictum.—Aequum Praetori visum est, sicut commoda sentimus ex actu (6) institorum, ita etiam obligari nos ex contractibus ipsorum, et conveniri. Sed non idem facit circa eum, qui institorem praeposuit, ut experiri possit; sed si quidem servum proprium institorem habuit, potest esse securus acquisitis sibi actionibus; si autem vel alienum servum, vel etiam hominem liberum, actione deficietur (7); ipsum tamen institorem, vel dominum eius convenire poterit vel mandati, vel negotiorum gestorum. Marcellus autem ait, debere dari actionem ei, qui institorem praeposuit, in eos, qui cum eo contraxerint,

2. GAIUS libro IX. (8) ad Edictum provincia-

(1) Fl. según corrección, Br.; potuerit, Taur. según la escritura original.

(2) locato, omitela Hal.

(3) Hal.; locasset, Fl.

(4) Según conjetura de Cuyacio (Obs. III. 2.); remissa sibi

fuesen transportados; pero si esto no pudiere verse claro, bastará respecto al marinero, si hubiere probado que el esclavo fué embarcado.

§ 1.—Si tomaste en arrendamiento una nave con la condición de que en ella se transportasen tus mercancías, y sin verse obligado por ninguna necesidad el marinero transbordó aquellas mercancías á otra nave peor, sabiendo que no querías que se hiciera esto, y se perdieron tus mercancías con la nave en que últimamente fueron transportadas, tienes contra el primer marinero la acción de locación por razón del arrendamiento. Dice Paulo: antes bien por el contrario, si en aquella navegación perecieron ambas naves, cuando esto hubiese sucedido sin dolo ni culpa de los marineros. El mismo derecho habrá, si retenido por autoridad pública el primer marinero, se hubiere hallado impedido de navegar con tus mercancías. El mismo derecho habrá, cuando de tí hubiese él tomado en arrendamiento con la condición de que te pagaría cierta pena, si antes del día señalado no hubiese puesto tus mercancías en aquel lugar adonde hubieses arrendado que debían transportarse las mercancías, y no consistiese en él que no esperase que aquella pena le fuese remitida. El mismo derecho observaremos en este mismo caso, si se hubiere probado que el marinero no pudo navegar, impedido por una enfermedad. Lo mismo diremos, si lo hubiere motivado vicio de su nave, sin dolo malo ni culpa de él.

§ 2.—Si tomaste en arrendamiento una nave de dos mil ánforas, y embarcaste en ella ánforas, debes el precio por las dos mil ánforas. Dice Paulo: antes bien, si por cuenta de uno fué tomada la nave en arrendamiento, se debe el precio por las dos mil; si se estipuló el precio según el número de las ánforas embarcadas, sucede lo contrario, porque debes el precio por tantas ánforas cuantas embarcaste.

### TÍTULO III

#### DE LA ACCIÓN INSTITORIA

[Véase Cód. IV. 25.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVIII.*—Le pareció justo al Pretor, que así como experimentamos beneficios por actos de nuestros factores de comercio, así también quedemos obligados, y se nos demande, por contratos de los mismos. Pero no determina lo mismo respecto del que puso á uno de factor de comercio, para que pueda demandar; sino que si verdaderamente tuvo de factor de comercio á un esclavo propio, puede estar seguro de que las acciones son adquiridas para él; pero si ó á un esclavo ajeno, ó también á un hombre libre, se carecerá de acción; pero podrá demandar ó al mismo factor de comercio, ó á su principal, ya por la acción de mandato, ya por la de gestión de negocios. Pero dice Marcelo, que al que lo puso de factor de comercio, debe dársele acción contra aquellos que con él hubieren contratado,

2. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, li-*

ea poena, Fl.; remissam sibi eam speraret, acertadamente otro: en Hal.

(5) XXIX., Hal.

(6) contractu, Hal.

(7) actio deficiet, Hal.

(8) VIII., Hal.

*le.*—eo nomine, quo institor contraxit, si modo aliter rem suam servare non potest.

3. ULPIANUS libro XXVIII. (1) *ad Edictum.*—Institor appellatus est ex eo, quod negotio gerendo instet (2), nec multum facit, tabernae sit praepositus, an cuilibet alii negotiationi,

4. PAULUS libro XXX. *ad Edictum.* (3)—quum interdum etiam ad homines honestos afferant merces, et ibi vendant. Nec mutat causam actionis locus vendendi emendive, quum utroque modo verum sit, institorem emisse aut vendidisse.

5. ULPIANUS libro XXVIII. (4) *ad Edictum.*—Cuicumque (5) igitur negotio praepositus sit, institor recte appellabitur.

§ 1.—Nam et Servius libro primo ad Brutum ait, si quid cum insulario gestum sit, vel eo, quem quis aedificio praeposuit, vel frumento coemendo, in solidum eum teneri.

§ 2.—Labeo quoque scripsit, si quis pecuniis foenerandis, agris colendis, mercaturis redempturisque faciendis praeposuerit, in solidum eum teneri.

§ 3.—Sed et si in mensa (6) habuit quis servum praepositum, nomine eius tenebitur.

§ 4.—Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam et distrahendam, quos vulgo circuitores (7) appellamus.

§ 5.—Sed et muliones quis proprie institores appellet.

§ 6.—Item fullonum et sarcinatorum praepositus, stabularii quoque loco institorum habendi sunt.

§ 7.—Sed et si tabernarius servum suum peregre mitteret ad merces comparandas et sibi mittendas, loco institoris habendum Labeo scripsit.

§ 8.—Idem ait, si libitinarius, quos graece νεκροθάπτας (8) [*mortuorum sepultores*] vocant, servum pollinctorem (9) habuerit, isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem, quamvis et furti, et iniuriarum actio competet.

§ 9.—Idem Labeo ait, si quis pistor servum suum solitus fuit in certum locum mittere ad panem vendendum, deinde is pecunia accepta praesenti, ut per dies singulos iis panem praestaret, conturbaverit, dubitari non oportet, quin, si permisit ei ita dari summas, teneri debeat.

§ 10.—Sed et quum fullo peregre proficiscens

*bro IX.*—en el nombre con que el factor de comercio contrató, si de otro modo no puede recobrar su cosa.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVIII.*—Se llamó institor, por esto, porque insta gestionando un negocio, y no importa mucho que haya sido nombrado para una tienda, ó para otra cualquiera negociación,

4. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—porque á veces también á hombres honrados les llevan á su casa mercancías, para que allí las vendan. Y el lugar de comprar ó de vender no cambia la causa de la acción, puesto que de uno y otro modo es verdad, que el factor de comercio compró ó vendió.

5. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVIII.*—Así, pues, para cualquier negocio que haya sido nombrado, con razón se le llamará institor.

§ 1.—Porque dice también Servio en el libro primero de sus comentarios á Bruto, que si se hubiera tratado algo con el administrador de una casa, ó con aquel á quien alguno puso al cuidado de un edificio, ó para comprar trigo, este se obliga por el todo.

§ 2.—También escribió Labeon, que si alguno hubiere puesto á otro para prestar dinero á interés, para cultivar los campos, y para hacer compras y redenciones, él se obliga por el todo.

§ 3.—Pero también si alguno tuvo á un esclavo al frente de una mesa de cambio, se obligará en nombre de él.

§ 4.—Pero plugo que se hayan de llamar factores de comercio también aquellos á quienes los roperos, ó los lencereros, les dan vestidos para llevarlos por las casas y venderlos, á los cuales vulgarmente los llamamos vendedores ambulantes.

§ 5.—Pero también llamará alguien con propiedad institores á los encargados de mulas.

§ 6.—Asimismo el que fué puesto al frente de bataneros y de remendones, y también los encargados de establos, han de ser considerados en la clase de institores.

§ 7.—Pero también si el tendero enviara de viaje á su esclavo para comprar mercancías y remitirselas, escribió Labeon, qué ha de ser considerado como factor de comercio.

§ 8.—Dice el mismo, que si el dueño de servicios funerarios, á quienes en griego llaman enterradores de muertos, tuviere un esclavo embalsamador, y éste hubiere despojado al muerto, se ha de dar contra él la acción cuasi institoria, aunque competiera así la acción de hurto, como la de injurias.

§ 9.—Dice el mismo Labeon, que si algún panadero acostumbra á enviar á cierto lugar un esclavo suyo para vender pan, y después éste, habiendo recibido de presente dinero para que cada día diese á algunos el pan, hubiere faltado, no ha de dudarse, que, si permitió que así se le diesen cantidades, deba quedar obligado.

§ 10.—Pero que también cuando al partir para

(1) XXIX., Hal.

(2) insistat, Hal.

(3) ad Sabinum, Hal.

(4) XXIX., Hal.

(5) Quicumque, Hal.

(6) mensae, (en lugar de in mensa), Hal. Vulg.

(7) circuitores, Hal.

(8) Taur. según la escritura original del código Fl.; quem Graeci, νεκροθάπτην, Fl. según antigua corrección, Br.; quem Graeci, κτεριστήν, [funerum curatorem] Hal.; ταφῆα, [vespillionem] otros en Hal.

(9) Taur. según antigua corrección del código Fl.; pollicitorum, la escritura original, Br.

rogasset, ut discipulis suis, quibus tabernam instructam tradiderat, imperaret, post cuius projectionem vestimenta discipulus accepisset, et fugisset, fullonem non teneri, si quasi procurator fuit relictus; sin vero quasi institor, teneri eum. Plane si affirmaverit mihi, recte me credere operariis suis, non institoria, sed ex locato tenebitur.

§ 11.—Non tamen omne, quod cum institore geritur, obligat eum, qui praeposuit, sed ita, si eius rei gratia, cui praepositus fuerit, contractum est, id est duntaxat ad id, (1) quod eum praeposuit.

§ 12.—Proinde si praeposui ad mercium distractionem, tenebor nomine eius ex emto actione. Item si forte ad emendum eum (2) praeposueri, tenebor duntaxat ex vendito. Sed neque, si ad emendum, et ille vendiderit, neque, si ad vendendum, et ille emerit, debet (3) teneri; idque Cassius probat.

§ 13.—Sed si pecuniam quis crediderit institori ad emendas merces praeposito, locus est institoriae. Idemque, et si ad pensionem pro taberna exsolvendam; quod ita verum puto, nisi prohibitus fuit mutuari.

§ 14.—Si ei, quem ad vendendum emendumve oleum praeposui, mutuum oleum datum sit, dicendum erit, institoriam locum habere.

§ 15.—Item si institor, quum oleum vendidisset, annulum arrhae nomine acceperit, neque eum reddat, dominum institoria teneri; nam eius rei causa (4), in quam praepositus est, contractum est, nisi forte mandatam ei fuit, praesenti pecunia vendere; quare si forte pignus institor ob pretium acceperit, institoriae locus erit.

§ 16.—Idem fideiussori, qui pro institore intervenerit, institoria competit; eius enim rei sequela est.

§ 17.—Si ab alio (5) institor sit praepositus, is tamen decesserit, qui praeposuit, et heres ei extiterit, qui eodem institore utatur, sine dubio teneri eum oportebit; nec non, si ante aditam hereditatem eum eo contractum est, aequum est, ignorantem dari institoriam actionem.

§ 18.—Sed et si procurator meus, tutor, curator institorem praeposuerit, dicendum erit, veluti a me praeposito dandam institoriam actionem.

6. PAULUS libro XXX. ad Edictum (6).—Sed et in ipsum procuratorem, si omnium rerum procurator est, dari debet institoria.

7. ULPIANUS libro XXVIII. (7) ad Edictum.—Sed et si quis meam rem gerens praeposuerit, et ratum habuero, idem erit dicendum.

§ 1.—Parvi autem refert, quis sit institor, mas-

lejos un batanero, hubiese rogado que mandase á sus dependientes, á quienes habia entregado provista la tienda, y después de su partida uno de los dependientes hubiese tomado vestidos, y huido, el batanero no queda obligado, si aquél fué dejado como procurador; pero que si como institor, se obliga él. Pero si me hubiere asegurado, que con razón me confiaba yo á sus operarios, se obligará no por la acción institoria, sino por la de locación.

§ 11.—Mas no todo lo que se trata con el factor de comercio obliga al que lo puso, sino de este modo, si se contrató respecto de aquello para lo que hubiere sido puesto, esto es, solamente para lo que lo puso al frente.

§ 12.—Por consiguiente, si le puse para la venta de mercancías, estaré obligado en nombre de él por la acción de compra. Asimismo, si acaso lo hubiere yo puesto para comprar, me obligaré tan sólo por la acción de venta. Pero no deberá estar obligado, ni si para comprar, y él hubiere vendido, ni si para vender, y él hubiere comprado; y esto lo aprueba Cassio.

§ 13.—Pero si alguno hubiere prestado dinero al factor de comercio nombrado para comprar mercancías, tiene lugar la acción institoria. Y lo mismo, también si para pagar el alquiler de la tienda; lo que tengo por verdadero de este modo, si no se le prohibió que tomase en mútuo.

§ 14.—Si á aquel que puse para vender ó comprar aceite, se le hubiera dado aceite en mútuo, se habrá de decir, que tiene lugar la acción institoria.

§ 15.—Asimismo, si cuando hubiese vendido aceite hubiere recibido el factor de comercio un anillo por razón de arras, y no lo devolviera, queda obligado el principal por la acción institoria; porque se contrató respecto de la cosa para la que fué puesto, á no ser acaso que se le haya encomendado vender al contado; por lo cual, si tal vez el factor de comercio hubiere recibido prenda en lugar del precio, habrá lugar á la acción institoria.

§ 16.—Compete igualmente la acción institoria al fiador, que hubiere fiado por el factor de comercio; porque es secuela de esta cosa.

§ 17.—Si el factor de comercio hubiera sido nombrado por otro, pero hubiere fallecido el que lo nombró, y quedado heredero suyo uno que se sirviera del mismo factor de comercio, sin duda deberá aquél quedar obligado; y también es justo, que si se contrató con él antes de adida la herencia, se dé al que lo ignora la acción institoria.

§ 18.—Pero también si mi procurador, tutor, ó curador, hubiere nombrado factor de comercio, se habrá de decir, que, como si hubiera sido nombrado por mí, se ha de dar la acción institoria.

6. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Pero también deberá darse contra el mismo procurador la acción institoria, si es procurador general.

7. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVIII.*—Pero también se habrá de decir lo mismo, si lo hubiere nombrado quien fuese gestor de negocio mío, y yo lo hubiere ratificado.

§ 1.—Mas poco importa quién sea factor de co-

(1) (Suplase: ad); las palabras del texto, id est — praeposuit, faltan en Hal.

(2) eum, omitela Hal.

(3) debebo, Hal.

(4) Hal. Vulg.; causa, omitela Fl.

(5) ab alio, omitelas Hal.

(6) ad Sabinum, Hal.

(7) XXIX., Hal.

culus an femina, liber an servus, proprius vel alienus; item quisquis praeposuit, nam et si mulier praeposuit, competet institoria exemplo exercitoriae actionis, et si mulier sit praeposita, tenebitur etiam ipsa. Sed et si filiafamilias sit, vel ancilla praeposita, competit institoria actio.

§ 2.—Pupillus autem institor obligat eum, qui eum praeposuit, institoria actione, quoniam sibi imputare debet, qui eum praeposuit;

8. GAIUS libro IX. (1) ad Edictum provinciale.—nam et plerique pueros puellasque tabernis praeponunt.

9. ULPIANUS libro XXVIII. (2) ad Edictum.—Verum si ipse pupillus praeposuerit, si quidem tutoris auctoritate, obligabitur; si minus, non;

10. GAIUS libro IX. (3) ad Edictum provinciale.—eatenus tamen dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior (4) est.

11. ULPIANUS libro XXVIII. (5) ad Edictum.—Sed si pupillus heres extiterit ei, qui praeposuerat (6), aequissimum erit, pupillum teneri, quamdiu praepositus manet; removendus enim fuit a tutoribus, si nollent opera eius uti.

§ 1.—Sed et si minor viginti quinque annis erit, qui praeposuit, auxilio aetatis utetur non sine causae cognitione.

§ 2.—De quo palam proscriptum fuerit, ne cum eo contrahatur, is praepositi loco non habetur; non enim permittendum erit cum (7) institore contrahere; sed si quis nolit contrahi, prohibeat; ceterum, qui praeposuit, tenebitur ipsa praepositione.

§ 3.—Proscribere palam sic accipimus: claris literis, unde (8) de plano recte legi possit, ante tabernam scilicet, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed in evidenti. Literis utrum graecis, an latinis? Puto secundum loci conditionem, ne quis causari possit ignorantiam literarum. Certe si quis dicat, ignorasse se literas, vel non observasse, quod propositum erat, quum multi legerent, quumque palam esset propositum, non audietur.

§ 4.—Proscriptum autem perpetuo esse oportet. Ceterum si per id temporis, quo propositum non erat, vel obscurata proscriptione contractum sit, institoria locum habebit. Proinde si dominus quidem mercis proscripsisset, alius autem sustulit (9), aut vetustate, vel pluvia, vel quo simili contingit, ne proscriptum (10) esset, vel non pare-

mercio, si un varón ó una mujer, un hombre libre ó un esclavo, propio ó ajeno; tampoco, quién lo haya nombrado, porque también si lo nombró una mujer, competará la institoria á ejemplo de la acción ejercitoria, y si hubiera sido nombrada una mujer, también quedará obligada ella misma. Pero aún si hubiere sido nombrada una hija de familia, ó una esclava, compete la acción institoria.

§ 2.—Mas el pupilo nombrado factor de comercio obliga por la acción institoria al que lo nombró, porque debe imputárselo á sí mismo el que lo nombró;

8. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*—porque también muchos ponen al frente de sus tiendas á muchachos y muchachas.

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVIII.*—Pero si lo hubiere nombrado el mismo pupilo, si verdaderamente con autoridad de su tutor, se obligará; si no, no;

10. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*—pero se dará acción contra él, solamente por tanto cuanto con aquella cosa se hizo más rico.

11. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVIII.*—Mas si un pupilo hubiere quedado heredero del que había nombrado al factor de comercio, será muy justo que el pupilo quede obligado mientras permanezca siéndolo el nombrado; porque debió ser removido por los tutores, si no quisieran utilizar sus servicios.

§ 1.—Pero también si fuere menor de veinticinco años el que lo nombró, usará del beneficio de la edad, no sin conocimiento de causa.

§ 2.—Aquel respecto del cual se hubiere públicamente prohibido que con él se contrate, no es considerado en calidad de factor de comercio; porque no se habrá de permitir contratar con tal factor de comercio; pero si alguno no quisiera que se contrate, prohibálo; pues de otro modo, el que lo nombró se obligará por el mismo nombramiento.

§ 3.—Prohibir públicamente lo entendemos de este modo: en carteles claros, dónde de corrido pueda leerse bien, por supuesto, delante de la tienda, ó delante de aquel local en que se explote la negociación, no en lugar escondido, sino visible. ¿Pero con caracteres griegos, ó latinos? Opino, que conforme á las condiciones de la localidad, para que nadie pueda excusarse con su ignorancia de la escritura. Y á la verdad, si alguno dijera que no sabía leer, ó que no reparó en lo que estaba anunciado, con tal que muchos lo leyeran, y que hubiese estado anunciado en público, no será oído.

§ 4.—Mas conviene que la prohibición esté expuesta perpétuamente. Pero si se contractó durante el tiempo en que no estaba expuesta, ó habiéndose borrado la prohibición, tendrá lugar la acción institoria. Por consiguiente, si el dueño de la mercadería hubiese expuesto ciertamente la prohibición, pero otro la quitó, ó si por el mucho

(1) VIII., Hal.

(2) XXIX., Hal.

(3) VIII., Hal.

(4) factus, inserta la Vulg.

(5) XXIX., Hal.

(6) proposuerat, Hal.

(7) eo quasi cum, inserta Hal.

(8) ut, (en lugar de unde), Hal. Vulg.

(9) sustulisset—contigisset, Hal.

(10) Taur.; praescriptum, Fl.

ret (1), dicendum, eum, qui proposuit (2), teneri. Sed si ipse institor decipiendi mei causa detraxit, dolus ipsius proponenti (3) nocere debet, nisi particeps doli fuerit, qui contraxit.

§ 5.—*Conditio autem praepositionis servanda est; quid enim, si certa lege, vel interventu cuiusdam personae, vel sub pignore voluit cum eo contrahi, vel ad certam rem? Aequissimum erit, id servari, in quo praepositus est. Item si plures habuit institores, vel cum omnibus simul contrahi voluit, vel cum uno solo; sed et si denunciavit cui, ne cum eo contraheret, non debet institoria teneri, nam et certam personam possumus prohibere contrahere, vel certum genus hominum, vel negotiatorum, vel certis hominibus permittere. Sed si alias cum alio contrahi vetuit continua variatione, danda est omnibus adversus eum actio; neque enim decipi debent contrahentes.*

§ 6.—*Sed si in totum prohibuit cum eo contrahi, praepositi loco non habetur, quum magis hic custodis sit loco, quam institoris. Ergo nec vendere mercem hic poterit, nec modicum quid ex taberna.*

§ 7.—*Si institoria recte actum est, tributoria ipso iure locum non habet; neque enim potest habere locum tributoria in merce dominica; quodsi non fuit institor dominicae mercis, tributoria superest actio.*

§ 8.—*Si a servo tuo operas vicarii eius conduxero, et eum merci meae institorem fecero, isque tibi mercem vendiderit, emptio est; nam quum dominus a servo emit, est emptio, licet non sit dominus obligatus (4), usque adeo, ut etiam pro emptore et possidere, et usucapere dominus possit.*

12. IULIANUS libro XI. *Digestorum.* — *Et ideo utilis institoria actio adversus me tibi competet, mihi vero adversus te, vel de peculio dispensatoris, si ex conducto agere velim, vel de peculio vicarii, quod ei mercem vendendam mandaverim, pretiumque, quo emisti, in rem tuam versum videri poterit eo, quod debitor servi tui factus esses.*

13. ULPIANUS libro XXVIII. (5) *ad Edictum.* — *Habebat quis servum merci oleariae praepositum Arelate (6), eundem et mutuis pecuniis accipiendis; acceperat mutuam pecuniam; putans creditor, ad merces eum accepisse, egit proposita actione; probare non potuit, mercis gratia eum accepisse; licet consumpta est actio, nec amplius agere poterit, quasi pecuniis quoque mutuis accipiendis esset praepositus, tamen Iulianus utilem ei actionem competere ait.*

tiempo, ó por la lluvia, ó por otra causa semejante sucede que no estuviese expuesta la prohibición, ó que no fuese visible, se ha de decir que queda obligado el que la puso. Pero si el mismo factor de comercio la quitó para defraudarme, el dolo de éste debe perjudicar al que la puso, á no ser que fuere partícipe en el dolo el que contrató.

§ 5.—*Mas se ha de observar la condición del nombramiento; porque ¿qué se dirá, si quiso que se contratara con él de cierto modo, ó con la intervención de alguna persona, ó mediante prenda, ó sobre determinada cosa? Será muy justo, que se observe aquello para lo que fué nombrado. Igualmente, si tuvo muchos factores de comercio, y quiso que se contratara ó con todos al mismo tiempo, ó con uno solo; pero si denunció á alguno para que con él no se contratara, tampoco debe quedar obligado por la acción institoria, porque también podemos prohibir que contrate cierta persona, ó cierta clase de hombres, ó de negociantes, ó permitirlo á ciertos hombres. Pero si á veces prohibió con continua variación que se contratara con alguno, á todos se les ha de dar acción contra él; porque no deben ser engañados los contratantes.*

§ 6.—*Pero si en absoluto prohibió que con él se contratara, no es considerado en calidad de encargado, porque éste más bien está en clase de guarda, que en la de factor de comercio. Por consiguiente, este no podrá vender ni mercancía, ni cosa insignificante de la tienda.*

§ 7.—*Si debidamente se ejerció la acción institoria, de derecho no tiene lugar la tributaria; porque no puede tener lugar la tributaria respecto á mercancía del dueño; pero si no fué factor de comercio de mercancía del señor, subsiste la acción tributaria.*

§ 8.—*Si de tu esclavo hubiere yo arrendado los servicios de un vicario suyo, y yo lo hubiere hecho factor de comercio de mi mercancía, y éste te hubiere vendido la mercancía, hay compra; porque cuando el señor compra del esclavo, hay compra, aunque no esté obligado el señor, hasta tal punto, que también pueda el señor tanto poseer como comprador, cuanto usucapir.*

12. JULIANO; *Digesto, libro XI.*—*Y por esto te competará contra mí la acción institoria útil, pero á mí contra tí ó la del peculio del administrador, si yo quisiera demandar por razón del arrendamiento, ó la del peculio del vicario, porque á él le hubiere yo encomendado la mercancía para venderla, y el precio, en que la compraste, podrá considerarse que se convirtió en tu provecho, por esto, porque te habrías hecho deudor de tu esclavo.*

13. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVIII.*—*Tenia uno un esclavo encargado del comercio de aceite en Arlés, y de recibir él mismo cantidades en mútuo; había recibido dinero en mútuo; juzgando el acreedor que aquél lo recibió para mercancías, ejerció la acción propuesta; no pudo probar que lo recibió para la mercancía; y aunque se extinguió la acción, y no podrá volver á demandar, como que hubiese sido encargado también de recibir en mútuo, sin embargo, dice Juliano, que le compete la acción útil.*

(1) pateret, los códigos en Br.; appareret, otros en Geb.  
(2) praeposuit, Hal.  
(3) praeponenti, Hal.

(4) iure civili, adicionan Hal. Vulg.  
(5) XXIX., Hal.  
(6) Según conjetura Br.; Arelatae, Fl.; Arelati, Hal.

§ 1.—Meminisse autem oportebit, institoria dominum ita demum teneri, si non novaverit quis eam obligationem vel ab institore, vel ab alio novandi animo stipulando.

§ 2.—Si duo pluresve tabernam exercean, et servum, quem ex disparibus partibus habebant, institorem praeponerint (1), utrum pro dominicis partibus teneantur, an pro aequalibus, an pro portione mercis, an vero in solidum, Iulianus quaerit. Et verius esse (2) ait, exemplo exercitorum et de peculio actionis in solidum unumquemque conveniri posse; et quidquid is praestiterit, qui conventus est, societatis iudicio, vel communi dividendo consequetur (3); quam sententiam et supra probavimus.

14. PAULUS libro IV. ad Plautium.—Idem erit, et si alienus servus communi merci praepositus sit, nam adversus utrumque in solidum actio dari debet, et quod quisque praestiterit, eius partem societatis vel communi dividendo iudicio consequetur. Certe ubicunque actio societatis vel communi dividendo cessat, quemque pro parte sua condemnari oportere constat, veluti si is, cuius servo creditum est, duobus heredibus institutis ei servo libertatem dederit; nam heredum quisque pro sua parte conveniendi sunt (4), quia cessat inter eos communi dividendo iudicium.

15. ULPIANUS libro XXVIII. (5) ad Edictum. Novissime sciendum est, has actiones perpetuo dari, et in heredem, et heredibus.

16. PAULUS libro XXIX. ad Edictum.—Si cum villico alicuius contractum sit, non datur in dominum actio, quia villicus propter fructus percipiendos, non propter quaestum praeponitur. Si tamen villicum distrahendis quoque mercibus praepositum habuero, non erit iniquum, exemplo institoriae actionem in me competere.

17. IDEM libro XXX. (6) ad Edictum.—Si quis mancipiis, vel iumentis pecoribusve emendis vendendisque praepositus sit, non solum institoria competit adversus eum, qui praeponit, sed etiam redhibitoria, vel ex stipulatu duplae simplaeve in solidum actio danda est.

§ 1.—Si servum Titii institorem habueris, vel tecum ex hoc Edicto, vel cum Titio ex inferioribus Edictis agere potero; sed si tu cum eo contrahi vetuisti, cum Titio duntaxat agi poterit.

§ 2.—Si impubes patri habenti institores heres extiterit, deinde cum his contractum fuerit, dicendum est, in pupillum dari actionem propter utilitatem promiscui usus; quemadmodum ubi

§ 1.—Mas convendrá tener presente, que el dueño se obliga por la acción institoria solamente si alguno no hubiere novado aquella obligación, estipulando ó del factor de comercio, ó de otro, con ánimo de novar.

§ 2.—Si dos ó más fueran dueños de una tienda, y al frente de ella hubieren puesto como factor de comercio á un esclavo, que tenían por desiguales partes, pregunta Juliano, si es que se obligarán según su parte de dominio, ó por partes iguales, ó á proporción de la mercancía, ó acaso por el todo. Y dice, que es más verdadero que á ejemplo de los navieros y de la acción de peculio, puede cada uno ser demandado por el todo; y todo lo que hubiere pagado el que fué demandado, lo obtendrá por la acción de sociedad, ó por la de división de cosa común; cuya opinión también arriba la hemos aprobado.

14. PAULO; *Comentarios á Plautio, libro IV.*—Lo mismo será, también si un esclavo ajeno hubiera sido puesto al frente de mercancía común, porque debe darse contra uno y otro acción por el todo, y de lo que cada uno hubiere pagado, obtendrá su parte por la acción de sociedad, ó por la de división de cosa común. A la verdad, siempre que deja de haber la acción de sociedad, ó la de división de cosa común, es sabido que cada uno debe ser condenado con arreglo á su parte, por ejemplo, si aquel, á cuyo esclavo se le prestó, hubiere dado libertad á este esclavo, habiendo instituido dos herederos; porque cada uno de los herederos ha de ser demandado con arreglo á su parte, porque deja de haber entre ellos la acción de división de cosa común.

15. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVIII.*—Por último, se ha de saber, que estas acciones se dan perpétuamente, así contra el heredero, como á los herederos.

16. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Si se hubiera contratado con el encargado de la casa de campo de alguno, no se da acción contra el dueño, porque se pone este encargado para percibir los frutos, no para comerciar. Pero si yo hubiere tenido puesto al encargado también para vender mercancías, no será injusto que contra mí competa acción á semejanza de la institoria.

17. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Si alguno hubiera sido encargado de comprar y vender esclavos, ó jumentos, ó ganados, no sólo compete la acción institoria contra el que le dió el encargo, sino que se ha de dar también la acción redhibitoria, ó la de lo estipulado del duplo ó del simple importe por el todo.

§ 1.—Si hubieres tenido de factor de comercio á un esclavo de Ticio, podré reclamar ó contra tí en virtud de este Edicto, ó contra Ticio por los Edictos posteriores; pero si tú prohibiste que se contratara con él, podrá ejercitarse la acción solamente contra Ticio.

§ 2.—Si un impúbero hubiere quedado heredero de su padre que tenia factores de comercio, y después se hubiere contratado con éstos, se ha de decir, que se da acción contra el pupilo por la

(1) proposuerint, Hal.  
(2) Labeo, inserta la Vulg.  
(3) consequi, Hal.

(4) conveniendus est, Hal. Vulg.  
(5) XXIX., Hal.  
(6) III., Hal.

post mortem tutoris, cuius auctoritate institor praepositus est, cum eo contrahitur.

§ 3.—Eius contractus certe nomine, qui ante aditam hereditatem intercessit, etiamsi furiosus heres existat, dandam esse actionem etiam Pomponius scripsit; non enim imputandum est ei, qui sciens dominum decessisse, cum institore exercente mercem contrahat.

§ 4.—Proculus ait, si denuntiavero tibi, ne servo a me praeposito crederes, exceptionem dandam: «si ille illi non (1) denuntiaverit, ne illi servo crederet». Sed si ex eo contractu peculium habeat (2), aut in rem meam versum sit, nec velim, quo locupletior sim, solvere, replicari de dolo malo (3) oportet; nam videri me dolum malum facere, qui ex aliena iactura lucrum quaeram.

§ 5.—Ex hac causa etiam condici posse verum est.

18. IDEM libro singulari de variis Lectionibus.—Institor est, qui tabernae locove ad emendum vendendumve praeponitur, quique sine loco ad eundem actum praeponitur.

19. PAPINIANUS libro III. (4) *Responsorum*.—In eum, qui mutuis accipiendis pecuniis procuratorem praeponit, utilis ad exemplum institoriae dabitur actio; quod aeque faciendum erit, et si procurator solvendo sit, qui stipulanti pecuniam promisit.

§ 1.—Si dominus, qui servum institorem apud mensam pecuniis accipiendis habuit, post libertatem quoque datam, idem per libertum negotium exercuit, varietate status non mutabitur periculi causa.

§ 2.—Tabernae praepositus a patre filius mercium causa mutuum pecuniam accepit, pro eo pater fideiussit; etiam institoria ab eo petetur, quam acceptae pecuniae speciem fideiubendo negotio tabernae miscuerit.

§ 3.—Servus pecuniis tantum foenerandis praepositus per intercessionem aes alienum suscipiens, ut institor (5), dominum in solidum iure Praetorio non adstringit; quod autem pro eo, qui pecuniam foeneravit, per delegationem alii promisit, a domino recte petetur; cui pecuniae creditae contra eum, qui delegavit, actio quaesita est.

20. SCAEVOLA libro V. *Digestorum*.—Lucius Titius mensae numulariae, quam exercebat, habuit libertum praepositum; is Caio Seio cavit in haec verba: «Octavius (6) Terminalis, rem agens Octavii Felicis, Domitio Felici salutem. Habes penes mensam patroni mei denarios mille, quos denarios vobis numerare debebo pridie Kalendas Maias»; quaesitum est, Lucio Titio defuncto sine herede, bonis eius venditis an ex epistola iure conveniri Terminalis possit? Respondit, nec

utilidad del uso promiscuo; á la manera que cuando después de la muerte del tutor, con cuya autoridad se nombró el factor de comercio, se contrata con éste.

§ 3.—También escribió Pomponio, que ciertamente se ha de dar acción por razón del contrato que se celebró antes de adida la herencia, aunque quedase de heredero un furioso; porque no se ha de culpar al que sabiendo que el dueño falleció, contrate con el factor negociador de la mercancía.

§ 4.—Dice Próculo, que si yo te hubiere prevenido que no prestases al esclavo encargado por mí, se ha de dar esta excepción: «si él no le hubiere prevenido, que no prestase á aquel esclavo». Pero si en virtud de aquel contrato éltuviera peculio, ó me hubiera resultado utilidad, y yo no quisiera pagar aquello en que yo me hubiera hecho más rico, debe replicarse de dolo malo; porque se entiende que cometo dolo malo, yo que me procuraré lucro con perjuicio de otro.

§ 5.—Es cierto que por esta causa también puede intentarse la condición.

18. EL MISMO; *De autores varios, libro único*.—Es factor de comercio aquel á quien se pone al frente de una tienda ó en un lugar para comprar ó vender, y aquel á quien se pone para el mismo objeto sin lugar determinado.

19. PAPINIANO; *Respuestas, libro III*.—Contra aquel que nombró procurador para recibir dinero en mútuo, se dará acción útil á semejanza de la institoria; lo que igualmente se habrá de hacer, también si fuera solvente el procurador que prometió dinero al que lo estipuló.

§ 1.—Si el señor que tuvo un esclavo de factor de comercio en una mesa de cambio para recibir dinero, también después de haberle dado la libertad explotó el mismo negocio por medio del liberto, con la variación de estado no se alterará la causa del riesgo.

§ 2.—Un hijo puesto por el padre al frente de una tienda recibió dinero en mútuo para mercancías, y el padre salió fiador por él; también se reclamará de él por la acción institoria, por haber mezclado, al prestar la fianza, la operación del dinero recibido con el negocio de la tienda.

§ 3.—El esclavo encargado solamente de prestar dinero á interés, tomando á su cargo por medio de fianza una deuda, como factor de comercio, no obliga por el todo al señor por derecho pretorio; mas lo que por aquel, que prestó el dinero á interés, prometió á otro por delegación, con razón se reclamará del señor; para quien se adquirió la acción del dinero prestado contra el que delegó.

20. SCAEVOLA; *Digesto, libro V*.—Lucio Ticio tuvo á un liberto puesto al frente de la mesa de cambio con que negociaba; éste dió caución á Cayo Seyo en estos términos: «Octavio Terminal, gestor de negocios de Octavio Félix, saluda á Domitio Félix. Tienes en la mesa de cambio de mi patrono mil denarios, cuyos denarios deberé entregaros el día antes de las Calendas de Mayo»; se preguntó, ¿habiendo fallecido Lucio Ticio sin heredero, y vendidos sus bienes, podría ser de-

(1) non, omitela la Vulg.

(2) habeam, Hal.

(3) malo, y después malum, omitelas Hal.

(4) IV., Hal.

(5) Hal.; institorem, Fl.

(6) «libertus», inserta Hal.

iure his verbis obligatum, nec aequitatem conueniendi eum superesse, quum id institoris officio ad fidem mensae protestandam (1) scripsisset.

## TIT. IV

## DE TRIBUTORIA (2) ACTIONE

1. ULPIANUS libro XXIX. ad Edictum.—Huius quoque Edicti non minima (3) utilitas est, ut dominus, qui alioquin in servi contractibus privilegium habet, quippe quum de peculio duntaxat teneatur, cuius peculii aestimatio deducto, quod domino debetur, fit, tamen, si scierit servum peculiari merce negotiari, velut extraneus creditor ex hoc Edicto in tributum vocetur (4).

§ 1.—Licet mercis appellatio angustior sit, ut neque ad servos fullones, vel sarcinatores, vel textores, vel venaliciarios pertineat, tamen Pedius libro quinto decimo scribit, ad omnes negotiationes porrigendum Edictum.

§ 2.—Peculiarem autem mercem non sicuti peculium accipimus, quippe peculium deducto, quod domino debetur, accipitur, merx peculiaris, etiamsi nihil sit in peculio, dominum tributaria obligat ita demum, si sciente eo negotiabitur.

§ 3.—Scientiam hic eam accipimus, quae habet et voluntatem; sed ut ego puto, non voluntatem, sed patientiam, non enim velle debet dominus, sed non nolle; si igitur scit, et non protestatur, et contradicit, tenebitur actione tributaria.

§ 4.—Potestatis verbum ad omnem sexum, item ad omnes, qui sunt alieno iuri subiecti, porrigendum erit.

§ 5.—Non solum ad servos pertinebit tributaria actio, verum ad eos quoque, qui nobis bona fide serviunt, sive liberi, sive servi alieni sunt, vel in quibus usumfructum habemus,

2. PAULUS libro XXX. ad Edictum.—ut tamen merx, qua peculiariter (5) negotietur, ad nos pertineat.

3. ULPIANUS libro XXIX. ad Edictum.—Sed si servus communis sit, et ambo sciant domini, in utrumlibet ex illis dabitur actio. At si alter scit (6), alter ignoravit, in eum, qui scit (7), dabitur actio; deducetur tamen solidum, quod ei, qui ignoravit, debetur. Quodsi ipsum quis ignorantem convenerit, quoniam de peculio convenitur, deducetur etiam id, quod scienti debetur, et quidem in solidum; nam et si ipse de peculio conventus esset, solidum, quod ei deberetur, deduceretur; et ita Iunianus libro duodecimo Digestorum scripsit.

§ 1.—Si servus pupilli vel furiosi sciente tutore

(1) praestandam, Hal. Vulg.  
(2) Taur.; TRIBUTARIA, Fl., Br.  
(3) sed magna, inserta la. Vulg.  
(4) Hal.; vocatur, Fl.

mandado en derecho Terminal en virtud de su carta? Respondió, que ni estaba obligado en derecho con estas palabras, ni había equidad para demandarle, porque aquello lo había escrito por su cargo de factor de comercio para dar cuenta del estado de la mesa de cambio.

## TITULO IV

## DE LA ACCIÓN TRIBUTORIA

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Tampoco es pequeña la utilidad de este Edicto, para que el señor, que de otro modo tiene privilegio en los contratos de un esclavo, porque cuando se obliga solamente por el peculio, se hace la estimación de este peculio deducido lo que se debe al señor, sea, no obstante, llamado á contribución por este Edicto, como acreedor extraño, si hubiere sabido que el esclavo negocia con mercancía del peculio.

§ 1.—Aunque la denominación de mercancía sea tan restricta, que no corresponda ni á los esclavos bataneros, ni á los sastres, ni á los tejedores, ni á los revendedores, sin embargo, escribe Pedio en el libro décimo quinto, que se ha de extender el Edicto á todas las negociaciones.

§ 2.—Mas la mercancía del peculio no la consideramos como peculio, porque peculio se entiende deducido lo que se debe al señor, y la mercancía del peculio, aunque nada haya en el peculio, obliga al señor por la acción tributaria, pero solamente si se negociare sabiéndolo él.

§ 3.—Tomamos aquí por conocimiento, el que tiene también voluntad; pero según opino, no voluntad, sino tolerancia, porque el señor debe no querer, sino no oponerse; así, pues, si lo sabe, y no protesta, y contradice, se obligará por la acción tributaria.

§ 4.—La palabra potestad se habrá de extender á todo sexo, y también á todos los que están sujetos á ajeno derecho.

§ 5.—La acción tributaria comprenderá no solamente á los esclavos, sino también á aquellos que de buena fe nos prestan servidumbre, ya sean libres, ya esclavos ajenos, ó en los que tenemos el usufructo,

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—con tal, sin embargo, que nos pertenezca la mercancía con la que se negocia para el peculio.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Pero si el esclavo fuera común, y tuvieran noticia ambos señores, se dará la acción contra cualquiera de ellos. Mas si uno lo sabe, y otro lo ignoró, se dará la acción contra el que lo sabe; pero se deducirá íntegro lo que se debe al que lo ignoró. Pero si alguno hubiere demandado al mismo que lo ignoraba, puesto que es demandado respecto al peculio, se deducirá también lo que se debe al que lo sabe, y, á la verdad, íntegramente; porque también si él mismo hubiese sido demandado, se deduciría íntegro lo que se le debiese; y así lo escribió Juliano en el libro duodécimo del Digesto.

§ 1.—Si el esclavo del pupilo, ó del furioso, ne-

(5) peculiariter, Hal.  
(6) scivit, Hal.  
(7) scivit, Hal.

vel curatore in (1) merce peculiari negotietur, dolum quidem tutoris vel curatoris nocere pupillo vel furioso non debere puto, nec tamen lucrosus esse debere, et ideo hactenus eum ex dolo tutoris tributaria teneri, si quid ad eum pervenerit. Idem et in furioso puto, quamvis Pomponius libro octavo Epistolarum, si solvendo tutor sit, ex dolo eius pupillum teneri scripsit. Et sane hactenus tenebitur, ut actionem, quam contra tutorem habeat, praestet.

§ 2.—Sed et si ipsius pupilli dolo factum sit, si eius aetatis sit, ut doli capax sit, efficere, ut teneatur, quamvis scientia eius non sufficiat ad negotiationem. Quid ergo est? Scientia quidem tutoris et curatoris debet facere locum huic actioni, dolum autem quatenus noceat, ostendi.

4. PAULUS libro XXX. ad Edictum.—Si pupillus, cuius tutor scierit, pubes factus, vel furiosus sanae mentis dolo (2) admittant, tenentur ex hoc Edicto.

5. ULPIANUS libro XXIX. ad Edictum.—Procuratoris autem scientiam et dolum nocere debere domino, neque Pomponius dubitat, nec nos dubitamus.

§ 1.—Si vicarius servi mei negotietur, si quidem me sciente, tributaria tenebor; si me ignorante, ordinario sciente, de peculio eius actionem dandam Pomponius libro sexagesimo scripsit; nec deducendum ex vicarii peculio, quod ordinario debetur, quum id, quod mihi debetur, deducatur. Sed si uterque scierimus, et tributariam (3), et de peculio actionem competere ait, tributariam vicarii nomine, de peculio vero ordinarii. Eligere tamen debere agentem, qua potius actione experiatur, sic tamen, ut utrumque tribuatur, et quod mihi, et quod servo debetur, quum, si servus ordinarius ignorasset, deduceretur integrum, quod ei a vicario debetur.

§ 2.—Sed et si ancilla negotiabitur, admittendam tributariam dicimus.

§ 3.—Item parvi refert, cum ipso servo contrahatur, an cum institore eius.

§ 4.—«Mercis nomine» merito adiicitur, ne omnis negotiatio cum eo facta tributariam inducat.

§ 5.—Per hanc actionem tribui iubetur, quod ex ea merce, et quod eo nomine receptum est.

§ 6.—In tributum autem vocantur, qui in potestate (4) habent, cum (5) creditoribus mercis.

§ 7.—Sed est quaesitum, dominus utrum ita demum partietur ex merce, si quid ei mercis nomine debeat, an vero, et si ex alia causa? Et Labeo ait, ex quacunque causa ei debeat, parvique referret (6), ante mercem, an postea ei

gociara con mercancia del peculio sabiéndolo el tutor ó el curador, opino que verdaderamente el dolo del tutor ó del curador no debe perjudicar al pupilo ó al furioso, pero que tampoco debe serle lucrativo, y que por esto tan sólo se obliga él por la acción tributaria en virtud de dolo del tutor, si algo hubiere llegado á poder de él. Lo mismo opino también respecto al furioso, aunque Pomponio escribió en el libro octavo de las Epistolas, que, si el tutor fuera solvente, se obliga el pupilo por el dolo de aquél. Y, á la verdad, se obligará únicamente á ceder la acción que tenga contra el tutor.

§ 2.—Pero también si hubiera esto sucedido por dolo del mismo pupilo, si fuera de edad que fuese capaz de dolo, resulta que se obligará, aunque su conocimiento no baste para la negociación. ¿Qué se dirá, pues? Manifesté que, á la verdad, el conocimiento del tutor y del curador debe dar lugar á esta acción, pero que el dolo, en cuanto perjudique.

4. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXX.—Si el pupilo, cuyo tutor lo hubiere sabido, hecho púbero, ó el furioso, recobrado el juicio, cometieran dolo, se obligan por este Edicto.

5. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXIX.—Mas ni Pomponio duda, ni tampoco nosotros dudamos, que el conocimiento y el dolo del procurador deben perjudicar al señor.

§ 1.—Si un vicario de un esclavo mio negociara, si verdaderamente sabiéndolo yo, me obligaré por la acción tributaria; si ignorándolo yo, pero sabiéndolo el esclavo ordinario, escribió Pomponio en el libro sexagésimo que se ha de dar acción respecto de su peculio; y que no se ha de deducir del peculio del vicario lo que se debe al ordinario, puesto que se deduzca lo que se me debe á mí. Pero si uno y otro lo supiéremos, dice que competen así la acción tributaria, como la de peculio, la tributaria en nombre del vicario, y la de peculio en el del ordinario. Pero que debe elegir el actor la acción por la que prefiere demandar, pero de modo, que se entregue una y otra cosa, tanto lo que se me debe á mí, como lo que al esclavo, puesto que, si lo hubiese ignorado el esclavo ordinario, se deduciría íntegro lo que á él se le debe por el vicario.

§ 2.—Pero también si negociare una esclava, decimos que se ha de admitir la acción tributaria.

§ 3.—Asimismo importa poco, si se contratara con el mismo esclavo, ó con su factor de comercio.

§ 4.—Con razón se añade «por virtud de la mercancia», para que toda negociación hecha con él no produzca la acción tributaria.

§ 5.—Se manda que por esta acción se contribuya con lo que se recibió por virtud de aquella mercancia, y en su nombre.

§ 6.—Pero son llamados á contribución, los que los tienen bajo su potestad, con los acreedores de la mercancia.

§ 7.—Pero se preguntó, ¿caso el señor participará de la mercancia, solamente si algo se le debiera por razón de la mercancia, ó también si por otra causa? Y dice Labeon, que por cualquier causa que se le deba, y que importará poco que

(1) in, omitela Hal.  
(2) Taur., según la escritura original; dolum, Fl. según corrección, Br.  
(3) Taur.; tributariam, Fl., Br.

(4) servos, inserta Hal.  
(5) a (en lugar de cum), Hal.  
(6) referre, Hal.

debere quid servus coeperit; sufficere enim, quod privilegium deductionis perdidit.

§ 8.—Quid tamen, si, qui contrabebant, ipsam mercem pignori acceperint? Puto debere dici, praeferendos domino iure pignoris.

§ 9.—Sive autem domino, sive his, qui in potestate eius sunt, debeatur, utique erit tributendum.

§ 10.—Sed si duo pluresve domini sint, utique omnibus tribuetur pro rata debiti sui.

§ 11.—Non autem totum peculium venit in tributum, sed id duntaxat, quod ex ea merce est, sive merces manent, sive pretium earum receptum conversumve est in peculium.

§ 12.—Sed et si adhuc debeatur mercis nomine a quibusdam, quibus solebat servus distrahere, hoc quoque tribuetur, prout fuerit receptum.

§ 13.—Si praeter (1) mercem servus iste in tabernam (2) habeat instrumentum, an hoc quoque tribuatur? Et Labeo ait, et hoc tribui; et est aequissimum, plerumque enim hic apparatus ex merce est, imo semper. Cetera tamen, quae extra haec in peculium habuit, non tribuentur, utputa argentum habuit vel aurum, nisi si haec ex merce comparavit.

§ 14.—Item si mancipia in negotiatione habuit ex merce parata, etiam haec tribuentur.

§ 15.—Si plures habuit servus creditores, sed quosdam in mercibus certis, an omnes in iisdem (3) confundendi erunt, et omnes in tributum vocandi, utputa duas negotiationes exercebat, puta sagariam et linteariam, et separatos habuit creditores? Puto, separatim eos in tributum vocari, unusquisque enim eorum merci magis, quam ipsi creditit.

§ 16.—Sed si duas tabernas eiusdem negotiationis exercuit, et ego fui tabernae, verbi gratia quam ad Hucinum (4) habuit, ratiocinator, alius eius, quam trans Tiberim, aequissimum puto, separatim tributionem faciendam, ne ex alterius re merceve alii indemnes fiant, alii damnum sentiant.

§ 17.—Plane si in eadem taberna merces (5) deferebantur, licet haec, quae extent (6), ex unius creditoris pecunia sint comparatae, dicendum erit, omnes in tributum venire, nisi fuerint creditori pignoratae.

§ 18.—Sed si dedi mercem meam vendendam, et extat, videamus, ne iniquum sit, in tributum me vocari. Et si quidem in creditum ei abiit (7), tributio locum habebit; enimvero si non abiit (8), quia res venditae non alias desinunt esse meae, quamvis vendero, nisi aere soluto, vel fideiusore dato, vel alias satisfacto, dicendum erit, vindicare me posse.

antes de comerciar, ó después, hubiere comenzado el esclavo á deberle alguna cosa; porque basta que haya perdido el privilegio de la deducción.

§ 8.—¿Mas qué se dirá, si los que contrataban hubieren recibido en prenda la misma mercancía? Opino que debe decirse, que deben ser preferidos al señor por el derecho de prenda.

§ 9.—Mas ciertamente se habrá de contribuir, ya si se debiera al señor, ya si á aquellos que están bajo su potestad.

§ 10.—Pero si fueran dos ó más los dueños, ciertamente que se contribuirá á todos á prorrata de su deuda.

§ 11.—Mas no todo el peculio viene obligado á la contribución, sino solamente lo que hay por virtud de aquella mercancía, ya existan las mercancías, ya se haya recibido ó invertido en el peculio el precio de ellas.

§ 12.—Pero también si por razón de la mercancía se debiera todavía alguna cosa por algunos, á quienes el esclavo solía vender, igualmente se entregará esto conforme se hubiere recibido.

§ 13.—Si además de la mercancía tuviera este esclavo para la tienda un instrumento, ¿se contribuirá también con él? Y dice Labeo, que también se contribuye con él; y es muy justo, porque muchas veces, ó más bien siempre, este aparato procede de la mercancía. Mas con lo demás, que fuera de estas cosas tuvo en el peculio, no se contribuirá, por ejemplo, si tuvo plata ú oro, á no ser que haya comprado estas cosas con la mercancía.

§ 14.—Asimismo, si en la negociación tuvo esclavos comprados con la mercancía, también con ellos se contribuirá.

§ 15.—Si el esclavo tuvo muchos acreedores, pero algunos por ciertas mercancías, ¿se habrán de confundir todos en las mismas, y habrán de ser llamados todos á la contribución, por ejemplo, si ejercía dos negociaciones, como la de sayos y la de lienzo, y tuvo acreedores separados? Opino, que se les llama separadamente á la contribución, porque cada uno de ellos prestó más bien á la mercancía, que al mismo esclavo.

§ 16.—Pero si tuvo dos tiendas de la misma negociación, y yo fui contador, por ejemplo, de la tienda que tuvo en Hucino, y otro de la que tuvo al otro lado del Tiber, considero muy justo que se haya de hacer por separado la contribución, para que unos no sean indemnizados con cosa ó mercancía de otro, y otros experimenten daño.

§ 17.—Pero si las mercancías eran llevadas á una misma tienda, aunque las que existan hayan sido compradas con dinero de un solo acreedor, se habrá de decir, que todas se comprenden en la contribución, si no hubieren sido pignoradas al acreedor.

§ 18.—Pero si yo di mi mercancía para que se vendiese, y existiera, veamos, si no será injusto que se me llame á contribución. Y si verdaderamente se le convirtió en préstamo, tendrá lugar la contribución; pero si no se le convirtió, como quiera que las cosas vendidas, aunque yo las hubiere vendido, no dejan de ser mías de otro modo que si se hubiera pagado el precio, ó dado fiador, ó satisfecho de otra manera, se habrá de decir, que puedo reivindicarlas.

(1) propter, (en lugar de praeter), Hal. Vulg.

(2) Esto es, in tabernae usum; in taberna, Hal.

(3) idem, Vulg.

(4) Bucinum, al margen interior del código Fl.

(5) eadem, inserta Hal.

(6) Según antigua corrección del código Fl., Br.; existent, Taur., según la escritura original.

(7) abii, Hal.

(8) abii, Hal.

§ 19.—Tributio autem fit pro rata eius, quod cuique debeat; et ideo si unus creditor veniat desiderans tribui (1) integram portionem, consequitur. Sed quoniam fieri potest, ut alius quoque vel alii existere possint mercis peculiaris creditores, cavere debet creditor iste, pro rata se refusurum, si forte alii emergerint creditores;

6. PAULUS libro XXX. ad Edictum.—non enim haec actio, sicut de peculio, occupantis meliorem causam facit, sed aequalem conditionem quandoque (2) agentium.

7. ULPIANUS libro XXIX. ad Edictum.—Illud quoque cavere debet, si quid aliud domini debitum emergerit, refusurum se ei pro rata. Finge enim conditionale debitum imminere, vel in occulto esse, hoc quoque admittendum est; nam iniuriam dominus pati non debet, licet in tributum vocatur.

§ 1.—Quid tamen, si dominus tribuere nolit, nec hanc molestiam suscipere, sed peculio, vel mercibus cedere paratus sit? Pedius refert, audiendum eum; quae sententia habet aequitatem. Et plerumque arbitrum in hanc rem Praetor debet dare, cuius interventu tribuantur merces peculiares.

§ 2.—Si cuius dolo malo factum est, quominus ita tribueretur, in eum tributoria datur, ut quanto minus tributum sit, quam debuerit, praestet; quae actio dolum malum coërcet domini. Minus autem tribuere (3) videtur, etiamsi nihil tributum sit. Si tamen ignorans, in merce servum habere, minus tribuit, non videtur dolo minus tribuisse, sed re comperta si non tribuat, dolo nunc non caret; proinde si sibi ex ea merce solvi fecit, utique dolo videtur minus tribuisse.

§ 3.—Sed et si mercem perire passus est, aut eam avertit (4), aut vilioris data opera distraxit, vel si ab emtoribus pretium non exegerit, dicendum erit, teneri eum tributoria, si dolo intervenit.

§ 4.—Sed etsi negaverit dominus cuiquam deberi, videndum erit, an tributoriae locus sit. Et est verior Labeonis sententia, tributariam locum habere; alioquin expedit (5) domino negare.

§ 5.—Haec actio et perpetuo, et in heredem datur de eo duntaxat, quod ad eum pervenit,

8. IULIANUS libro XI. (6) Digestorum.—quia non de dolo est, sed rei persecutionem continet. Quare etiam mortuo servo dominus, item heres eius perpetuo teneri debet propter factum defuncti, quamvis non aliter, quam dolo interveniente competat.

§ 19.—Mas la contribución se hace á prorrata de lo que á cada cual se debe; y por esto, si se presentara un solo acreedor pretendiendo que se le entregue íntegra la porción, lo consigue. Pero como puede suceder, que puedan existir también otro, ú otros acreedores de la mercancía del peculio, debe este acreedor dar caución de que él les reembolsará á prorrata, si acaso salieren otros acreedores;

6. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXX.—porque esta acción no hace, como la de peculio, mejor la condición del ocupante, sino igual la condición de los que algún día sean demandantes.

7. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXIX.—También debe dar caución de esto, de que si saliere alguna otra deuda del señor, él le reembolsará á prorrata. Porque supón que vá á vencer una deuda condicional, ó que está oculta, y también ésta ha de ser admitida; porque el señor no debe sufrir perjuicio, aunque es llamado á la contribución.

§ 1.—¿Pero qué se dirá, si el señor no quisiera contribuir, ni tomarse esta molestia, pero estuviera dispuesto á hacer cesión del peculio, ó de las mercancías? Dice Pedio, que ha de ser oído; cuya opinión es equitativa. Y las más de las veces deberá nombrar el Pretor para este caso un árbitro, con cuya intervención se contribuya con las mercancías del peculio.

§ 2.—Si por dolo malo de alguno sucedió, que así no se hiciese la contribución, se da contra él la acción tributoria, para que entregue cuanto se haya contribuido de menos, que lo que hubiere debido; cuya acción corrige el dolo malo del señor. Pero se entiende que contribuye con menos, aunque no se haya contribuido con nada. Pero si ignorando que tiene el esclavo en el comercio, contribuyó con menos, no se entiende que dolosamente contribuyó con menos; mas si sabido el caso no contribuyera, no queda entonces exento de dolo; por consiguiente, si hizo que de aquella mercancía se le pagara á él, se entiende, á la verdad, que dolosamente contribuyó con menos.

§ 3.—Pero también si consintió que se perdiese la mercancía, ó la quitó, ó la vendió de intento por menos, ó si no hubiere cobrado de los compradores el precio, se habrá de decir, que queda él obligado por la acción tributoria, si medió dolo.

§ 4.—Pero aunque hubiere negado el señor que se debía á alguno, se habrá de ver, si habrá lugar á la acción tributoria. Y es más verdadera la opinión de Labeon, de que tiene lugar la acción tributaria; pues de otro modo al señor le convenirá negar.

§ 5.—Esta acción se da tanto perpétuamente, como contra el heredero, solamente por aquello que fué á poder de éste,

8. JULIANO; Digesto, libro XI.—porque no es de dolo, sino que contiene la persecución de la cosa. Por lo cual, aun muerto el esclavo deberá estar obligado perpétuamente por el hecho del difunto el señor, y asimismo su heredero, aunque no compete de otro modo que interviniendo dolo.

(1) sibi, inserta Hal.

(2) quandocunque, Hal.

(3) dominus, inserta Hal. Vulg.

(4) evertit, Hal. Vulg.

(5) expedit, Hal.

(6) XV., Hal.

9. ULPIANUS libro XXIX. ad Edictum.—Quod in herede dicimus, idem erit et in ceteris successoribus.

§ 1.—Eligere quis debet, qua actione experiantur, utrum de peculio, an tributoria, quum scit sibi regressum ad aliam non futurum. Plane si quis velit ex alia causa tributoria agere, ex alia causa de peculio, audiendus erit.

§ 2.—Si servo testamento manumisso peculium legatum sit, non debere heredem tributaria teneri, quasi neque ad eum pervenerit, neque dolo fecerit, Labeo ait. Sed Pomponius libro sexagesimo scripsit, heredem, nisi curaverit caveri sibi a servo, vel deduxit a peculio, quod tribuendum erat, teneri tributaria. Quae sententia non est sine ratione; ipse enim auctor (1) doli est, qui id egit, ne intrinueret (2). Toties enim in heredem damus de eo, quod ad eum pervenit, quoties ex dolo defuncti convenitur, non quoties ex suo.

10. PAULUS libro XXX. ad Edictum.—De peculio actione etiam cum emtore servi agi potest, tributaria non potest.

11. GAIUS libro IX. (3) ad Edictum provinciale.—Aliquando etiam agentibus expedit potius de peculio agere, quam tributaria; nam in hac actione, de qua loquimur, hoc solum in divisionem venit, quod in mercibus est, quibus negotiatur, quodque eo nomine receptum est. At in actione de peculio totius peculii quantitas spectatur, in quo et merces continentur, et fieri potest, ut dimidia forte parte peculii, aut tertia, vel etiam minore negotiatur; fieri praeterea potest, ut patri dominove nihil debeat.

12. IULIANUS libro XII. (4) Digestorum.—Alius duntaxat de peculio, alius tributaria servi nomine cum domino agit; quaesitum est, an deducere dominus de peculio debeat, quod tributaria agenti praestiturus sit? Respondit (5), tributaria actione tunc demum agi potest, quum dominus in distribuendo pretio mercis Edicto Praetoris non satisfacit, id est, quum maiorem partem debiti sui deduxit, quam creditoribus tribuit, veluti si, quum in merce triginta fuissent, in quam ipse quidem quindecim crediderat, duo autem extranei triginta, tota quindecim deduxerit, et creditoribus reliqua quindecim dederit, quum deberet sola decem deducere, extraneis dena tribuere. Quum igitur hoc fecit, nec intelligendus est servum a se liberasse eo, quod quinque adhuc nomine eius tributaria actione praestiturus sit. Quare si agi de peculio coeperit, quum forte extra mercem peculium esset, quinque tanquam adhuc creditor servi deducere debet.

(1) actor, *Vulg.*

(2) ne tribueret, *Hal.*; ne in tributariam veniret, *la Vulg.* y los códices mas atendibles para Br.

(3) VIII., *Hal.*

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Lo que decimos respecto al heredero, será también aplicable á los demás sucesores.

§ 1.—Cualquiera debe elegir la acción de que usará, si la de peculio, ó la tributaria, sabiendo que no habrá de tener regreso para la otra. Mas si alguien quisiera ejercitar por una causa la acción tributaria, y por otra la de peculio, deberá ser oído.

§ 2.—Si al esclavo manumitido por testamento se le hubiera legado el peculio, dice Labeon, que no debe el heredero quedar obligado por la acción tributaria, cual si ni á su poder hubiere llegado, ni hubiere obrado con dolo. Pero escribió Pomponio en el libro sexagésimo, que el heredero, si no hubiere cuidado de que se le diese caución por el esclavo, ó dedujo del peculio aquello con que se habia de contribuir, se obliga por la acción tributaria. Cuya opinión no carece de razón; porque es autor del dolo el mismo que hizo esto para que no contribuyese. Pues damos acción contra el heredero por lo que llegó á su poder, siempre que es demandado por el dolo del difunto, no cuando por el suyo.

10. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Puede intentarse la acción de peculio aun contra el comprador del esclavo, pero no puede intentarse la tributaria.

11. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*—Algunas veces también conviene más á los actores ejercitar la acción de peculio, que la tributaria; porque en esta acción, de que hablamos, se comprende en la división solamente lo que hay en las mercancías, con que se negocia, y lo que con motivo de ellas se percibió. Mas en la acción de peculio se atiende á la cuantía de todo el peculio, en el cual se comprenden también las mercancías, y puede suceder, que acaso se negocie con la mitad del peculio, ó con la tercera parte, ó aun con otra menor; y además puede suceder, que no deba nada al padre ó al señor.

12. JULIANO; *Digesto, libro XII.*—Uno demandado en nombre del esclavo al señor solamente por la acción de peculio, y otro por la tributaria; se preguntó, ¿deberá el señor deducir del peculio lo que haya de dar al que ejercita la acción tributaria? Respondió, que solamente puede ejercitarse la acción tributaria cuando el señor no cumplió con el Edicto del Pretor, al distribuir el precio de la mercancía, esto es, cuando dedujo por su deuda mayor parte que la que dió á los acreedores, por ejemplo, si habiendo habido treinta en la mercancía, para la que él mismo habia ciertamente prestado quince, pero otros dos extraños treinta, hubiere deducido integros los quince, y dado á los acreedores los otros quince, debiendo deducir sólo diez, y dar otros diez á los extraños. Así pues, cuando hizo esto, no se ha de entender que libró de él al esclavo, porque en su nombre habrá de dar todavía cinco por la acción tributaria. Por lo cual, si hubiere comenzado á ejercitar la acción de peculio, cuando acaso el peculio estuviese fuera de la mercancía, deberá deducir cinco como siendo aun acreedor del esclavo.

(4) XXII., *Hal.*

(5) Respondi, *Hal.*

## TIT. V

QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST,  
NEGOTIUM (1) GESTUM ESSE DICETUR

[Cf. Cod. IV. 26. IV. 13.]

1. GAIUS libro IX. (2) ad Edictum provinciale.—Omnia (3) Proconsul agit, ut, qui contraxit cum eo, qui in aliena potestate sit, etiamsi deficient (4) superiores acciones, id est exercitoria, institoria, tributaria, nihilominus tamen, in quantum ex bono et aequo res patitur, suum consequatur. Sive enim iussu eius, cuius in potestate sit, negotium gestum fuerit, in solidum eo nomine iudicium pollicetur; sive non iussu, sed (5) tamen in rem eius versum fuerit, eatenus introducit actionem, quatenus in rem eius versum fuerit; sive neutrum eorum sit, de peculio actionem constituit.

2. ULPIANUS libro XXIX. (6) ad Edictum.—Ait Praetor: IN EUM, QUI EMANCIPATUS, AUT EXHEREDATUS ERIT, QUIVE ABSTINUIT SE (7) HEREDITATE EIUS, CUIUS IN POTESTATE, CUM MORITUR (8), FUERIT, EIUS REI NOMINE, QUAE CUM EO CONTRACTA ERIT, CUM IS (9) IN POTESTATE ESSET, SIVE SUA VOLUNTATE, SIVE IUSSU EIUS, IN CUIUS POTESTATE ERIT, CONTRAXERIT, SIVE IN PECULIUM IPSIUS, SIVE IN PATRIMONIUM EIUS, CUIUS IN POTESTATE FUERIT, EA RES REDACTA FUERIT, ACTIONEM CAUSA COGNITA DABO IN (10) QUOD FACERE POTEST.

§ 1.—Sed et si citra emancipationem sui iuris factus sit, vel in adoptionem datus, deinde pater naturalis decesserit, item si quis ex minima parte sit institutus, aequissimum est, causa cognita etiam in hunc dari actionem in id, quod facere potest.

3. IDEM libro III. Disputationum.—Sed an hic detrahi debeat, quod aliis debetur, tractari potest. Et si quidem sint creditores, qui, quum esset alienae potestatis, cum eo contraxerunt, recte dicetur, occupantis meliorem esse conditionem, nisi si quis privilegiarius veniat; huius enim non sine ratione prioris (11) ratio habebitur. Quod si qui sint, qui, posteaquam sui iuris factus est, cum eo contraxerunt, puto horum rationem habendam.

4. IDEM libro XXIX. (12) ad Edictum.—Sed si ex parte non modica sit heres scriptus filius, in arbitrio est creditoris, utrum pro portione hereditaria, an in solidum eum conveniat. Sed et hic iudex aestimare debet (13), ne forte in id, quod facere potest, debeat conveniri.

§ 1.—Interdum autem, et si exheredatus filius,

(1) NEGOTIUM, omitela Hal.  
(2) VIII., Hal.  
(3) Omnino, Hal.  
(4) deficient, Hal.  
(5) si, (en lugar de sed), Vulg.  
(6) XXVIII., Hal.  
(7) ABSTINUERIT, Hal.; ABSTINUERIT SE, Vulg.

## TÍTULO V

DE LA GESTIÓN DE NEGOCIOS QUE SE  
DIJERE HABERSE HECHO CON EL QUE ESTÁ EN  
AJENA POTESTAD

[Véase Cód. IV. 26. IV. 13.]

1. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*—El Procónsul hace todo lo necesario para que el que contrató con el que esté en ajena potestad, aunque faltaren las acciones sobredichas, esto es, la ejercitoria, la institoria, ó la tributaria, consiga no obstante lo suyo en cuanto por bondad y equidad lo consiente la cosa. Porque si se hubiere gestionado el negocio por mandato de aquel bajo cuya potestad esté, promete con tal motivo acción por el todo; y si no con su mandato, pero si no obstante se hubiere convertido en su provecho, introduce acción sólo por tanto cuanto en utilidad de él hubiere redundado; y si no sucediera ninguna de estas cosas, constituye la acción de peculio.

2. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Dice el Pretor: «Contra aquel que hubiere sido emancipado ó desheredado, ó que se abstuvo de la herencia de aquel en cuya potestad hubiere estado al morir éste, por razón de aquella cosa que con él se hubiere contratado, cuando él estuvo bajo potestad, ya si hubiere contratado con su voluntad, ya si con mandato de aquel bajo cuya potestad estuviere, ora si la cosa se hubiere convertido en provecho del peculio del mismo, ora si en el del patrimonio de aquel en cuya potestad hubiere estado, con conocimiento de causa daré acción por cuanto puede hacer».

§ 1.—Pero también si sin emancipación hubiera sido hecho de propio derecho, ó sido dado en adopción, y después hubiere fallecido su padre natural, y también si alguno hubiera sido instituido heredero en una mínima parte, es muy justo, que con conocimiento de causa se dé igualmente contra éste acción por cuanto puede hacer.

3. EL MISMO; *Disputas, libro III.*—Mas puede discutirse, si aquí deba deducirse lo que se debe á otros. Y si verdaderamente hubiera acreedores, que hubieren contratado con él cuando estuviere en ajena voluntad, con razón se dirá, que es mejor la condición del ocupante, á no ser que se presente algún privilegiado; porque no sin razón se tendrá cuenta primeramente de éste. Pero si hubiera quienes contrataron con él después que se hizo de propio derecho, opino que se ha de tener cuenta de éstos.

4. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Pero si el hijo hubiera sido instituido heredero de no pequeña parte, está al arbitrio del acreedor demandarle, ó con arreglo á la porción hereditaria, ó por el todo. Pero también aquí debe apreciar el juez, no sea que acaso deba ser demandado por cuanto puede hacer.

§ 1.—Pero á veces, también si el hijo hubiera

(8) MORIETUR, Hal.  
(9) IS, omitela Hal.  
(10) ID, insertan Hal. Vulg.  
(11) prius, Hal.; prior, conjetura Br.  
(12) XXVIII., Hal.  
(13) Taur.; debeat, Fl., Br.

vel emancipatus sit, in solidum actio adversus eum dabitur, utputa si patremfamilias se mentitus est, quum contraheretur cum eo; nam libro secundo Digestorum Marcellus scripsit, etiamsi facere non possit, conveniendum propter mendacium.

§ 2.—Quamquam autem ex contractu in id, quod facere potest, actio in eum datur, tamen ex delictis in solidum convenietur.

§ 3.—Soli autem filio succurritur, non etiam heredi eius; nam et Papinianus libro nono (1) Quaestionum scribit, in heredem filii in solidum dandam actionem.

§ 4.—Sed an etiam temporis haberi debeat ratio, ut, si quidem ex continenti cum filio agatur, detur actio in id, quod facere potest, sin vero post multos annos, non debeat indulgeri? Et mihi videtur, rationem habendam esse, in hoc enim causae cognitio vertitur.

§ 5.—Is, qui de peculio egit, quum posset Quod iussu, in ea causa est, ne possit Quod iussu postea agere; et ita Proculus existimat. Sed si (2) deceptus de peculio egit, putat Celsus succurrendum ei; quae sententia habet rationem.

5. PAULUS libro XXX. ad Edictum.—Si filiusfamilias vivo patre conventus et condemnatus sit, in emancipatum, vel exheredatum postea iudicati actio in id, quod facere potest, danda est.

§ 1.—Si filio exheredato ex Senatusconsulto Trebelliano hereditas patris restituta sit, non debet in quantum facere potest, sed in solidum condemnari, quia effectu quodammodo heres est.

§ 2.—Sed si coactus immiscuerit se, ut restituat hereditatem, perinde observandum, ac si se abstinuisset.

6. ULPIANUS libro II. (3) Disputationum.—Eum, qui se patremfamilias simulavit, et mandante aliquo stipulatus est, mandati teneri Marcellus scripsit, quamvis rem praestare non possit; et sane verum est, teneri eum debere, quia (4) dolo fecit. Hoc et in omnibus bonae fidei iudiciis dicendum erit.

7. SCAEVOLA libro I. Responsorum.—Pater filio permisit mutuum pecuniam accipere, et per epistolam creditori mandavit, ut ei crederet; (5) filius ex minima parte patri heres extitit. Respondi, esse in potestate creditoris, utrum filium, cui credidisset, in solidum, an heredes, pro qua parte quisque successisset, mallet convenire; sed filius condemnatur in quantum facere potest.

8. PAULUS libro I. Decretorum.—Titianus Primus praeposuerat servum mutuis pecuniis dandis et pignoribus accipiendis; is servus etiam negotiatoribus hordei solebat pro emtore suscipere debitum et solvere; quum fugisset servus, et is, cui delegatus (6) fuerat dare pretium hor-

sido desheredado, ó emancipado, se dará contra él acción por el todo, por ejemplo, si se fingió padre de familia, cuando con él se contratase; porque escribió Marcelo en el libro segundo del Digesto, que aunque no pueda hacer, ha de ser demandado por causa de la mentira.

§ 2.—Mas aunque por razón de contrato se da contra él acción por cuanto puede hacer, sin embargo, por causa de delitos será demandado por el todo.

§ 3.—Mas socórrese solamente al hijo, no también á su heredero; porque escribe también Papiniano en el libro noveno de las Cuestiones, que contra el heredero del hijo se ha de dar acción por el todo.

§ 4.—¿Pero acaso deberá también tenerse cuenta del tiempo, para que, si verdaderamente se demandara desde luego al hijo, se dé acción por cuanto puede hacer, y no deberá concederse, si después de muchos años? Y me parece, que se ha de tener cuenta, porque sobre esto versa el conocimiento de causa.

§ 5.—El que ejercitó la acción de peculio, pudiendo ejercitar la de lo que por mandato, está en el caso de que después no pueda ejercitar la de lo que por mandato; y así lo estima Próculo. Pero si engañado ejercitó la de peculio, opina Celso que se le ha de socorrer; cuya opinión tiene fundamento.

5. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Si el hijo de familia fuera demandado y condenado viviendo el padre, contra el emancipado, ó desheredado, se ha de dar después la acción de lo juzgado por cuanto puede hacer.

§ 1.—Si al hijo desheredado se le hubiera restituido en virtud del Senadoconsulto Trebelliano la herencia del padre, no deberá ser condenado en cuanto puede hacer, sino por el todo, porque en cierto modo es heredero en efecto.

§ 2.—Pero si forzado se hubiere inmiscuido en la herencia, para restituirla, se ha de observar lo mismo que si se hubiese abstenido.

6. ULPIANO; *Disputas, libro II.*—Escribió Marcelo, que el que se fingió padre de familia, y estipuló por mandárselo otro, se obliga por la acción de mandato, aunque no pueda entregar la cosa; y ciertamente es verdad, que debe quedar obligado, porque obró con dolo. Esto se habrá de decir también respecto á todos los juicios de buena fe.

7. SCÉVOLA; *Respuestas, libro I.*—Un padre permitió á su hijo recibir dinero en mútuo, y mandó por carta al acreedor, que se lo prestase; el hijo quedó heredero del padre en una mínima parte. Respondí, que estaba al arbitrio del acreedor preferir demandar, ó por el todo al hijo, á quien hubiese prestado, ó á los herederos por la parte en que cada uno hubiera sucedido; pero el hijo es condenado por cuanto puede hacer.

8. PAULO; *Decretos, libro I.*—Ticiano Primo habia confiado á un esclavo el encargo de dar dinero en mútuo y de recibir prendas; este esclavo, también con negociantes de cebada solia percibir lo debido y pagar por el comprador; habiendo huido el esclavo, y demandando al señor en nom-

(1) octavo, *Vulg.*

(2) Sed et si errore deceptus, *Hal.*

(3) I., *Hal.*

(4) qui, (en lugar de quia), *Vulg.*

(5) si, inserta la *Vulg.*

(6) obligatus, *Hal.*

dei, conveniret dominum nomine institoris, negabat, eo nomine se conveniri posse, quia non in eam rem praepositus fuisset; quum autem et alia quaedam gessisse, et horrea conduxisse, et multis solvisse idem servus probaretur, Praefectus annonae contra dominum dederat sententiam. Dicebamus, quasi fideiussionem esse (1) videri, quum pro alio solveret debitum, non pro aliis suscipit debitum (2); non solvere autem ex ea causa in dominum dari actionem. Nec videtur, hoc dominum mandasse, sed quia videbatur in omnibus eum suo nomine substituisse, sententiam conservavit Imperator.

## TIT. VI

## DE SENATUSCONSULTO MACEDONIANO (3)

[Cf. Cod. IV. 28.]

1. ULPIANUS libro XXIX. (4) ad Edictum. — Verba Senatusconsulti Macedoniani haec sunt: CUM INTER CETERAS SCLETERIS CAUSAS MACEDO, QUAS ILLI NATURA ADMINISTRABAT, ETIAM ABS ALIENUM ADHIBUISSET, ET SAEPE MATERIAM PEC-CANDI MALIS MORIBUS (5) PRAESTARET, QUI (6) PECUNIAM, NE QUID AMPLIUS DICERETUR (7), INCERTIS NOMINIBUS CREDERET, PLACERE, NE CUI, QUI FILIOFAMILIAS MUTUAM PECUNIAM DEDISSET, ETIAM POST MORTEM PARENTIS EIUS, CUIUS IN POTESTATE FUISSET, ACTIO PETITIOQUE DARETUR, UT SCIRENT, QUI PESSIMO EXEMPLE FAENERARENT, NULLIUS POSSE FILIIFAMILIAS BONUM NOMEN EXSPECTATA PATRIS MORTE FIERI.

§ 1.—Si pendeat, an sit in potestate filius, ut puta quoniam patrem apud hostes habet, in pendenti est, an in Senatusconsultum sit commissum; nam si reciderit in potestatem, Senatusconsulto locus est, si minus, cessat; interim igitur deneganda est actio.

§ 2.—Certe si arrogatus mutuam pecuniam acceperit, deinde sit restitutus, ut emanciparetur, Senatusconsultum locum habebit; fuit enim filiusfamilias.

§ 3.—In filiofamilias nihil dignitas facit, quominus Senatusconsultum Macedonianum locum habeat; nam etiamsi Consul sit, vel cuiusvis dignitatis, Senatusconsulto locus est, nisi forte castrense peculium habeat; tunc enim Senatusconsultum cessabit

2. IDEM libro LXIV. (8) ad Edictum.— usque ad quantitatem castrensis peculii, quum filiofamilias in castrensi peculio vice patrumfamiliarum fungantur.

3. IDEM libro XXIX. ad Edictum.—Si quis patremfamilias esse credidit non vana simplicitate deceptus, nec iuris ignorantia, sed quia publice paterfamilias plerisque videbatur, sic agebat, sic

(1) fidelissorem eum videri, *Vulg.*; esse, se considera añadida por antiguos copistas.

(2) non pro aliis suscipit debitum, omitenlas contra el texto de las Bas. *Hal. Vulg.*

(3) AD SENATUSCONSULTUM MACEDONIANUM, *Vulg.*

bre de su factor de comercio aquel á quien se habia delegado para darle el precio de la cebada, decia que él no podia ser demandado en nombre de aquél, porque no habia sido destinado para tal cosa; mas como se probase que el mismo esclavo habia hecho también algunas otras cosas, y habia tomado en arrendamiento graneros, y pagado á muchos, el Prefecto de Provisiones habia pronunciado sentencia contra el señor. Deciamos, que parecia como que habia fianza, cuando pagase por otro un débito, no cuando por otros percibe una deuda; pero que por esta causa no se suele dar acción contra el señor. Y tampoco se entiende que el señor mandó esto, mas como parecia que para todo lo substituyó en su nombre, el Emperador confirmó la sentencia.

## TÍTULO VI

## DEL SENADOCONSULTO MACEDONIANO

[Véase Cod. IV. 28]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.* —Las palabras del Senadoconsulto Macedoniano, son estas: «Como entre las demás causas de delito, que le sugería su naturaleza, hubiese ofrecido Macedo también la de deudas, y diese muchas veces á las malas costumbres materia para pecar, prestando, para no decir nada más, dinero sobre créditos inciertos, plugo que no se diese acción y petición al que hubiese dado dinero en mútuo á un hijo de familia, aun después de la muerte de su padre, bajo cuya potestad hubiese estado, para que quienes con el pésimo ejemplo diesen dinero á interés, supieran que no puede hacerse válido el crédito de ningún hijo de familia, habiéndose esperado la muerte del padre».

§ 1.—Si estuviera pendiente que el hijo esté bajo potestad, por ejemplo, porque tuviese á su padre en poder de los enemigos, está pendiente que se haya incurrido en el Senadoconsulto; porque si hubiere recaído bajo la potestad, tiene lugar el Senadoconsulto, y si no, deja de tenerlo; así, pues, entretanto se ha de denegar la acción.

§ 2.—A la verdad, si el adrogado hubiere recibido dinero en mútuo, y después hubiera sido restituido, para que fuese emancipado, tendrá lugar el Senadoconsulto; porque fué hijo de familia.

§ 3.—Tratándose de hijo de familia nada hace la dignidad para que no tenga lugar el Senadoconsulto Macedoniano; porque aunque sea Cónsul, ó de cualquiera dignidad, ha lugar al Senadoconsulto, á no ser acaso que tenga peculio castrense; porque entonces cesará de ser aplicable el Senadoconsulto

2. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LXIV.*—hasta la cantidad del peculio castrense, porque los hijos de familia hacen veces de padre de familia en el peculio castrense.

3. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—Si alguno creyó que era padre de familia, engañado no por vana simplicitad, ni por ignorancia de derecho, sino porque públicamente

(4) XXVIII., *Hal.*

(5) HOMINIBUS, *Vulg.*

(6) QUUM, (en lugar de QUI), *Hal.*

(7) DICATUR, *Hal.*

(8) XXX., *Hal.*

contrahebat, sic muneribus fungebatur, cessabit Senatusconsultum.

§ 1.—Unde Iulianus libro duodecimo (1) in eo, qui vectigalia conducta habebat, scribit, et est saepe constitutum, cessare Senatusconsultum.

§ 2.—Proinde et in eo, qui scire non potuit, an filiusfamilias sit, Iulianus libro duodecimo cessare Senatusconsultum ait, utputa in pupillo vel minore viginti quinque annis. Sed in minore causa cognita et a Praetore succurrendum, in pupillo autem etiam alia ratione debuit dicere, cessare Senatusconsultum, quod mutua pecunia non fit (2), quam sine tutoris auctoritate pupillus dat; quemadmodum ipse dicit Iulianus libro duodecimo, si filiusfamilias crediderit, cessare Senatusconsultum, quod mutua pecunia non fit, quamvis liberam peculii administrationem habuit. Non enim perdere ei peculium pater concedit (3), quum peculii administrationem permittit; et ideo vindicationem numerorum patri superesse ait.

§ 3.—Is autem solus Senatusconsultum offendit, qui mutua pecuniam filiofamilias dedit, non qui alias contraxit, puta vendidit, locavit, vel alio modo contraxit; nam pecuniae datio perniciosa parentibus eorum visa est, et ideo, etsi in creditum abiit (4) filiofamilias vel ex causa emtionis, vel ex alio contractu, in quo pecuniam non numeravi, et si stipulatus sim, licet coeperit esse mutua pecunia, tamen, quia pecuniae numeratio non (5) concurrat, cessat Senatusconsultum. Quod ita demum erit dicendum, si non fraus Senatusconsulto sit cogitata, ut qui credere non potuit, magis ei venderet (6), ut ille rei pretium haberet in mutui vicem.

§ 4.—Si a filiofamilias stipulatus sim, et patrifamilias facto crediderim, sive capite deminutus (7) sit, sive morte patris, vel alias sui iuris sine capitis deminutione fuerit effectus, debet dici, cessare Senatusconsultum, quia mutua (8) iam patrifamilias data est,

4. SCAEVOLA libro II. *Quaestionum*. — quia quod vulgo dicitur, filiofamilias credi non licere, non ad verba referendum est, sed ad numerationem,

5. PAULUS libro III. (9) *Quaestionum*. — ergo hic et in solidum damnabitur, non in id, quod facere potest.

6. SCAEVOLA libro II. *Quaestionum*. — Contra etiam recte dicitur, si a patrefamilias stipulatus sis (10), credas postea filiofamilias facto, Senatus (11) potestatem exercendam, quia expleta est numeratione (12) substantia obligationis.

(1) Hal. añade aquí y en dos pasajes siguientes digestorum.

(2) sit, Hal. Vulg.

(3) patrem concedere, Hal.

(4) abii, Hal. Vulg.

(5) Taur.; numerationem concurrat, Fl. por error de pluma, según Br.

(6) Taur.; vendere, Fl., Br.

(7) minutus, Hal.

parecía á los más padre de familia, y así obraba, así contrataba, y así desempeñaba cargos, dejará de ser aplicable el Senadoconsulto.

§ 1.—Por lo cual escribe Juliano en el libro duodécimo respecto al que tenía tomados en arrendamiento los tributos, y muchas veces se ha decidido, que deja de ser aplicable el Senadoconsulto.

§ 2.—Por consiguiente, dice Juliano en el libro duodécimo, que deja de ser aplicable el Senadoconsulto también respecto al que no pudo saber si es hijo de familia, por ejemplo, respecto al pupilo ó al menor de veinticinco años. Pero respecto al menor, con conocimiento de causa, también por el Pretor se ha de prestar auxilio, mas respecto al pupilo también por otra razón debió decir que deja de ser aplicable el Senadoconsulto, porque no se verifica mútuo del dinero que da el pupilo sin la autoridad del tutor; á la manera que dice el mismo Juliano en el libro duodécimo, si el hijo de familia hubiere prestado, deja de ser aplicable el Senadoconsulto, porque no se verifica mútuo del dinero, aunque tuvo la libre administración del peculio. Porque el padre no le concede que pierda el peculio, cuando le permite la administración del peculio; y por esto dice que le queda al padre la reivindicación del dinero.

§ 3.—Mas sólo falta al Senadoconsulto el que dió dinero en mútuo á un hijo de familia, no el que contrató de otro modo, por ejemplo, vendió, dió en arriendo, ó de otra manera contrató; porque la entrega de dinero pareció perjudicial para sus padres, y por esto, aunque resultó en préstamo al hijo de familia ó por causa de compra, ó por otro contrato, en el que no entregué dinero, y si yo hubiera estipulado, aunque el dinero hubiere comenzado á estar dado en mútuo, sin embargo, como no medió entrega de dinero, deja de ser aplicable el Senadoconsulto. Lo que solamente se habrá de decir, si no se hubiera imaginado fraude contra el Senadoconsulto, para que el que no pudo prestar, le vendiese más facilmente, á fin de que tuviese él en calidad de mútuo el precio de la cosa.

§ 4.—Si yo hubiera estipulado de un hijo de familia, y le prestare hecho padre de familia, ora haya sido disminuido de cabeza, ora por muerte del padre, ó de otro modo, se hubiere hecho de propio derecho sin disminución de cabeza, debe decirse, que deja de ser aplicable el Senadoconsulto, porque el mútuo se dió ya á un padre de familia,

4. SCAEVOLA; *Quaestiones, libro II.* — porque lo que vulgarmente se dice, que no es lícito que se preste á un hijo de familia, no se ha de referir á las palabras, sino á la entrega del dinero,

5. PAULO; *Quaestiones, libro III.* — y por consiguiente, en este caso será condenado también por el todo, no en tanto cuanto puede hacer.

6. SCAEVOLA; *Quaestiones, libro II.* — Por el contrario, también se dice con razón, que si hubieras estipulado de un padre de familia, y después le prestaras hecho de hijo familia, se ha de aplicar la autoridad del Senadoconsulto, porque se completó con la entrega del dinero lo sustancial de la obligación.

(8) pecunia, adicionan Hal. Vulg.

(9) II., Hal.

(10) sis, omittenla acertadamente Hal. Vulg.

(11) Senatusconsulti, Hal. Vulg.

(12) numeratione, omitela la Vulg.

7. ULPIANUS libro XXIX. (1) *ad Edictum*.—Item si filiusfamilias fideiusserit, Neratius libro primo et secundo Responsorum cessare Senatusconsultum ait. Idem Celsus libro quarto. Sed Iulianus adiicit, si color quaesitus sit, ut filiusfamilias, qui mutuum accepturus erat, fideiuberet alio reo dato, fraudem Senatusconsulto factam (2) nocere, et dandam exceptionem tam filiofamilias, quam reo, quoniam et fideiussori filii subvenitur.

§ 1.—Idem ait, si duos reos accepero, filiumfamilias et Titium, quum ad filiumfamilias esset perventura pecunia, ideo autem reum Titium acceperim, ne quasi fideiussor auxilio Senatusconsulti uteretur, utilem esse exceptionem adversus fraudem dandam.

§ 2.—Sed et si filiusfamilias patre suo relegato, vel longo tempore absente dotem pro filia promiserit, et rem patris pignori dederit, Senatusconsultum (3) cessabit; patris tamen res non tenebitur. Plane si patri heres extiterit filius, et pignus persequatur, exceptione doli summovebitur.

§ 3.—Mutui dationem non solum numeratae pecuniae, verum omnium, quae mutua dari possunt, an accipere debeamus, videndum. Sed verba videntur mihi ad numeratam pecuniam referri, ait enim Senatus: «mutuam pecuniam dedisset»; sed si fraus sit Senatusconsulto adhibita, puta frumento, vel vino, vel oleo mutuo dato, ut his distractis fructibus uteretur pecunia, subveniendum est filiofamilias.

§ 4.—Si filius in alterius erat potestate, quum mutua daretur, nunc in alterius, mens Senatusconsulti non cessat; dabitur (4) itaque exceptio.

§ 5.—Sed etsi patri eius non mors, sed alia causa inciderit, quominus sit in civitate, dicendum, Senatusconsulto locum esse.

§ 6.—Non solum ei, qui mutuam dedisset, sed et successoribus eius deneganda est actio.

§ 7.—Proinde et si alius (5) mutuam dedit, alius stipulatus est, dabitur adversus eum exceptio, licet hic non dederit. Sed et si alteruter eorum ignoravit, in patris esse potestate se, verius dicendum est, utriusque (6) nocere. Idem est et in duobus reis stipulandi.

§ 8.—Item si duos filiosfamilias accepero reos, sed alterum putavi patremfamilias, intererit, ad quem pecunia pervenit, ut, si cum scivi filiumfamilias, ad quem pervenit pecunia, exceptione summovear, si ad eum, quem ignorem, non summovear.

§ 9.—Sive autem sub usuris mutua data sunt (7), sive sine usuris, ad Senatusconsultum spectat.

§ 10.—Quamquam autem non declaret Senatus,

7. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX*.—Asimismo, si un hijo de familia hubiere afianzado, dice Neracio en los libros primero y segundo de las Respuestas, que deja de ser aplicable el Senadoconsulto. Lo mismo dice Celso en el libro cuarto. Pero Juliano añade, que si se hubiera buscado un pretexto, para que el hijo de familia, que había de recibir el mutuo, saliese por fiador, habiéndose dado otro obligado, perjudica el fraude hecho contra el Senadoconsulto, y se ha de dar excepción, tanto al hijo de familia, como al reo, porque se favorece también al fiador del hijo.

§ 1.—Dice el mismo, que si yo hubiere aceptado dos deudores, á un hijo de familia y á Ticio, habiendo de ir el dinero á poder del hijo de familia, pero por esto hubiere yo aceptado á Ticio como deudor, para que no se utilizase, como fiador, del beneficio del Senadoconsulto, se ha de dar excepción útil contra el fraude.

§ 2.—Pero también si un hijo de familia, relegado su padre, ó ausente largo tiempo, hubiere prometido dote por la hija, y hubiere dado en prenda una cosa del padre, dejará de ser aplicable el Senadoconsulto; pero no quedará obligada la cosa del padre. Mas si el hijo hubiere quedado heredero del padre, y persiguiera la prenda, será repelido con la excepción de dolo.

§ 3.—Se ha de ver si debemos entender la dación de un mutuo no solamente del dinero contado, sino de todas las cosas que pueden darse en mutuo. Pero á mí me parece que las palabras se refieren al dinero contado, porque dice el Senado: «hubiese dado dinero en mutuo»; pero si se hubiera cometido fraude contra el Senadoconsulto, por ejemplo, habiéndose dado trigo, ó vino, ó aceite, para que vendidos estos frutos se utilizase del dinero, se ha de auxiliar al hijo de familia.

§ 4.—Si el hijo se hallaba en la potestad de uno, cuando se le diese en mutuo, y ahora en la de otro, no deja de ser aplicable el espíritu del Senadoconsulto; y así, se dará excepción.

§ 5.—Pero aunque á su padre no le hubiere sobrevenido la muerte, sino otra causa, para que no esté en la ciudad, se ha de decir, que ha lugar al Senadoconsulto.

§ 6.—Mas la acción se ha de denegar no solamente al que hubiese dado en mutuo, sino también á sus sucesores.

§ 7.—Por consiguiente, también si uno dió en mutuo, y otro estipuló, se dará contra él excepción, aunque éste no lo hubiere dado. Pero también si uno de ellos ignoró que estaba él bajo la potestad del padre, con más verdad se ha de decir, que perjudica á ambos. Lo mismo es también respecto á dos reos de estipular.

§ 8.—Asimismo, si yo hubiere admitido como deudores á dos hijos de familia, pero á uno lo consideré padre de familia, interesará saber á poder de quién fué el dinero, para que si supe que era hijo de familia aquel á cuyo poder fué el dinero, sea yo repelido con excepción, y si á aquel que yo lo ignorase, no sea repelido.

§ 9.—Mas ya se haya dado en mutuo con interés, ya sin interés, compréndese esto en el Senadoconsulto.

§ 10.—Pero aunque no declare el Senado á quién

(1) XXVIII., Hal.  
(2) non, inserta la Vulg.  
(3) quidem, inserta Hal.  
(4) ei, inserta Hal. Vulg.

(5) pecuniam, inserta Hal.  
(6) alterius scientiam, inserta Hal. Vulg.  
(7) sit, Hal. Vulg.

cui exceptionem det, tamen sciendum est, et heredem filii, si paterfamilias decesserit, et patrem eius, si filiusfamilias decesserit, exceptione uti posse.

§ 11.—Interdum tamen, etsi Senatusconsulto locus sit, tamen in alium datur actio, ut puta filiusfamilias institor mutuum pecuniam accepit; scribit enim Iulianus libro duodecimo, ipsum quidem institorem exceptione Senatusconsulti usum, si conveniatur, sed institoriam actionem adversus eum, qui praeposuit, competere; quamquam, inquit, si ipse pater eum praeposuisset merci suae, vel (1) peculiarem exercere passus esset, cessaret Senatusconsultum, quoniam patris voluntate contractum videretur; nam si scit eum negotiari, etiam hoc permisisse videtur, si non nominatim prohibuit merces (2) accipere.

§ 12.—Proinde si acceperit pecuniam, et in rem patris vertit, cessat Senatusconsultum; patri enim, non sibi accipit. Sed et si ab initio non sic accepit, verum postea in rem patris vertit, cessare Senatusconsultum, libro duodecimo Digestorum Iulianus ait, intelligendumque ab initio sic accepisse, ut in rem (3) verteret. Non tamen vertisse videbitur, si mutuum pecuniam acceptam patri in proprium debitum solvit; et ideo, si pater ignoravit, adhuc Senatusconsulto locus erit.

§ 13.—Quod dicitur, in eo, qui studiorum causa absens mutuum acceperat, cessare Senatusconsultum, ita locum habet, si probabilem modum in mutua non excessit, certe eam quantitatem, quam pater solebat subministrare.

§ 14.—Si filius accepit mutuum pecuniam, ut eum liberaret, qui, si peteret, exceptione non summo veretur, Senatusconsulti cessabit exceptio.

§ 15.—Hoc amplius cessabit Senatusconsultum, si pater solvere coepit, quod filiusfamilias mutuum sumserit, quasi ratum habuerit.

§ 16.—Si paterfamilias factus solverit partem debiti, cessabit Senatusconsultum, nec solum repetere potest;

8. PAULUS libro XXX. ad Edictum. — quum tamen a curatore per ignorantiam solum sit, repeti debet.

9. ULPIANUS libro XXIX. (4) ad Edictum.— Sed si paterfamilias factus rem pignori dederit, dicendum erit, Senatusconsulti exceptionem ei denegandam usque ad pignoris quantitatem.

§ 1.—Si ab alio donatam sibi pecuniam filius creditori solverit, an pater vindicare vel repetere possit (5)? Et ait Iulianus, si quidem hac conditione ei donata sit pecunia, ut creditori solvat, videri a donatore profectam protinus ad creditorem, et fieri nulos accipientis; si vero simpliciter ei donavit, alienationem eorum filium non ha-

da excepción, sin embargo, se ha de saber, que pueden usar de la excepción, así el heredero del hijo, si hubiere fallecido el padre de familia, como su padre, si hubiere muerto el hijo de familia.

§ 11.—Pero á veces, aunque haya lugar al Senadoconsulto, se da sin embargo la acción contra otro, por ejemplo, si un hijo de familia factor de comercio recibió dinero en mútuo; porque escribe Juliano en el libro duodécimo, que verdaderamente el mismo factor de comercio usará de la excepción del Senadoconsulto, si fuera demandado, pero que compete la acción institoria contra el que lo hizo factor; aunque, dice, si el mismo padre lo hubiese puesto de factor para su mercancía, ó hubiese consentido que comerciara con la del peculio, dejaría de ser aplicable el Senadoconsulto, porque se entendería haberse contratado con la voluntad del padre; porque si sabe que él negocia, también se entiende que le permitió esto, si expresamente no le prohibió recibir mercancías.

§ 12.—Por consiguiente, si hubiere recibido dinero, y lo invirtió en cosa del padre, deja de ser aplicable el Senadoconsulto; porque lo recibe para el padre, no para sí. Pero también si desde un principio no lo recibió así, sino que después lo invirtió en cosa del padre, dice Juliano en el libro duodécimo del Digesto, que deja de ser aplicable el Senadoconsulto, y que se ha de entender que lo recibió así desde un principio, para invertirlo en su utilidad. Mas no se entenderá que lo invirtió, si dió al padre en pago de propia deuda el dinero recibido en mútuo; y por esto, si el padre lo ignoró, aun habrá lugar al Senadoconsulto.

§ 13.—Lo que se dice, que respecto al que ausente por causa de estudios había recibido dinero deja de ser aplicable el Senadoconsulto, tiene lugar de este modo, si no excedió en el mútuo una cantidad razonable, á la verdad, aquella cantidad, que el padre solía suministrarle.

§ 14.—Si el hijo recibió dinero en mútuo, para pagar á quien, si le pidiese, no sería repelido con excepción, dejará de ser aplicable la excepción del Senadoconsulto.

§ 15.—Además que por esto, dejará de ser aplicable el Senadoconsulto, si el padre comenzó á pagar lo que el hijo de familia hubiere tomado en mútuo, como si lo hubiere ratificado.

§ 16.—Si hecho padre de familia hubiere pagado parte de la deuda, dejará de ser aplicable el Senadoconsulto, y no puede repetir lo pagado;

8. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.* —pero cuando por ignorancia haya sido pagado por el curador, debe repetirse.

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.* —Pero si hecho padre de familia hubiere dado una cosa en prenda, se habrá de decir, que se le ha de denegar la excepción del Senadoconsulto hasta la cuantía de la prenda.

§ 1.—Si el hijo hubiere dado en pago á un acreedor el dinero que por otro se le había á él donado, ¿podrá reivindicarlo ó repetirlo el padre? Y dice Juliano, que si verdaderamente se le hubiera donado el dinero con esta condición, para que pague al acreedor, se entiende que pasó desde luego del donador al acreedor, y que el dinero se hace del

(1) mercem, inserta Hal.; rem, la Vulg.  
(2) mutuum, (en lugar de merces), Hal.  
(3) patris, adiciona Hal.

(4) XXVIII., Hal.  
(5) videndum, suple la Vulg.

buisse, et ideo, si solverit, conditionem patri ex omni eventu competere.

§ 2.—Hoc Senatusconsultum et ad filias quoque familiarum pertinet; nec ad rem pertinet, si affirmetur, ornamenta ex ea pecunia comparasse; nam et ei quoque, qui filiofamilias credidit, decreto amplissimi ordinis actio denegatur; nec interest, consumti sint numi, an extant in peculio. Multo igitur magis severitate Senatusconsulti eius contractus improbabitur, qui filiofamilias mutuum dedit.

§ 3.—Non solum filiofamilias et patri eius succurritur, verum fideiussori quoque, et mandatori eius, qui (1) et ipsi mandati habent regressum, nisi forte donandi animo intercesserunt; tunc enim, quum nullum regressum habeant, Senatusconsultum locum non habebit. Sed et si non donandi animo, patris tamen voluntate intercesserunt, totus contractus a patre videbitur comprobatus.

§ 4.—Et hi tamen, qui pro filiofamilias sine voluntate patris eius intercesserunt, solvendo non repetent—hoc enim et Divus Hadrianus constituit, et potest dici, non repetituros;—atquin (2) perpetua exceptione tuti sunt. Sed et ipse filius (3), et tamen non repetit, quia hi demum solutum non repetunt, qui ob poenam creditorum actione liberantur, non quoniam exonerare eos lex voluit.

§ 5.—Quamquam autem solvendo non repetant (4),

10. PAULUS libro XXX. ad Edictum.—quia naturalis obligatio manet,

11. ULPIANUS libro XXIX. (5) ad Edictum.—tamen, si non (6) opposita exceptione condemnati sunt, utentur Senatusconsulti exceptione. Et ita Iulianus scribit in ipso filiofamilias exemplo mulieris intercedentis.

12. PAULUS libro XXX. ad Edictum.—Si tantum (7) sciente patre creditum sit filio, dicendum est, cessare Senatusconsultum. Sed si iusserit pater filio credi, deinde ignorante creditore mutaverit voluntatem, locus Senatusconsulto non erit, quoniam initium contractus spectandum est.

13. GAIUS libro IX. (8) ad Edictum provinciale.—Si quod alii mutuum dedimus, a filiofamilias novandi causa stipulemur, non esse impedimento Senatusconsultum Julianus scribit.

14. IULIANUS libro XII. Digestorum.—Filium habeo et ex eo nepotem, nepoti meo creditum est iussu patris eius; quaesitum est, an contra Senatusconsultum fieret? Dixi, etiamsi verbis Senatusconsulti filii continerentur, tamen et in

que lo recibe; pero que si se le donó simplemente, no tuvo el hijo su enajenación, y por esto, si lo hubiere dado en pago, compete en todo caso la condición al padre.

§ 2.—Este Senadoconsulto corresponde también a las hijas de familia; y no importa al caso, si se afirmara que con aquel dinero compraron adornos; porque por el decreto del Senado se deniega la acción también al que prestó a un hijo de familia; y no importa que se haya consumido el dinero, ó que exista en el peculio. Así, pues, con mucha más razón se reprobará por la severidad del Senadoconsulto el contrato del que dió en mútuo a una hija de familia.

§ 3.—No solamente se auxilia al hijo de familia y a su padre, sino también al fiador, y a su mandante, quienes también tienen repetición por el mandato, salvo si acaso intervinieron con ánimo de donar; porque entonces, no teniendo derecho alguno de repetición, no tendrá lugar el Senadoconsulto. Pero también si intervinieron no con ánimo de donar, sino con voluntad del padre, se entenderá aprobado por el padre todo el contrato.

§ 4.—Y sin embargo éstos, que intervinieron por el hijo de familia sin la voluntad de su padre, pagando no lo repetirán,—porque esto lo estableció también el Divino Adriano, y puede decirse, que no lo habrán de repetir—; sino que están seguros con excepción perpétua. Pero también el mismo hijo, y sin embargo no repite, porque finalmente no repiten lo pagado los que se libran de la acción por la pena de los acreedores, no porque la ley quiso exentarlos.

§ 5.—Mas aunque pagando no repitan,

10. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—porque permanece la obligación natural,

11. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*—sin embargo, si no habiéndose opuesto excepción fueron condenados, usarán de la excepción del Senadoconsulto. Y así lo escribe Juliano respecto del mismo hijo de familia, a semejanza de la mujer que sale fiadora.

12. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXX.*—Si se le prestó al hijo sabiéndolo tan sólo el padre, se ha de decir, que deja de ser aplicable el Senadoconsulto. Pero si el padre hubiere mandado que se prestase al hijo, y después, ignorándolo el acreedor, hubiere cambiado de voluntad, no habrá lugar al Senadoconsulto, porque se ha de mirar al principio del contrato.

13. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*—Si lo que a otro dimos en mútuo, lo estipulásemos de un hijo de familia por causa de novación, escribe Juliano que no sirve de impedimento el Senadoconsulto.

14. JULIANO; *Digesto, libro XII.*—Tengo un hijo y de él un nieto, y por mandato de su padre se le prestó a mi nieto; se preguntó, ¿se obraría contra el Senadoconsulto? Dije, que aunque en las palabras del Senadoconsulto se comprendiesen

(1) quia (en lugar de qui), Hal.

(2) alioquin, Vulg.

(3) filiofamilias, Hal.

(4) Taur., según la escritura original; repetunt, según antigua corrección del código Fl., Br.

(5) XXVIII., Hal.

(6) non, omitela Hal.

(7) tamen, (en lugar de tantum), Hal. Vulg.

(8) XXIII., Hal.